Ad constitutionẽ rei spectant primo partes ex quibus cõstituitur totũ. Secũdo causæ ex quibus res cõstituitur. Tertiò generatio et corruptio rei. Quarto spectare potest usus rei.

A partibus qr ad totũ et ẽ cõtra, ducitur argũ tã affirmativẽ quã Negativẽ Maximæ sunt. Positis oĩbus partibus ponitur totũ. Sublata parte necessaria tollitur totũ. Posito toto ponuntur partes eius necessariæ. Sublato toto tollitur aliqua eius pars necessaria.

(Maximæ: Positis oĩbus p. — Sublata parte necessaria — Posito toto — Sublato toto)

Sectio vigesima sexta de loco a causis.

Ex loco à causis variũ ac multiplex sumitur argumẽtãdi genus. Primo a Materia Est autẽ Materia triplex. Materia ex qua. Materia in qua, Materia circa quam. A materia ex qua ducitur argũ tripl. Primo Ab existentia materiæ ad possibilitatẽ effectus. Secundo a negatiõne Materiæ ad Negatiõnẽ effectus. Tertiò a qualitate materiæ ad qualitatẽ effectus. Maximæ sunt Posita materia poni potest effectus. Sublata materia tollitur effectus. Qualis materia talis effectus.

(A Causis. 1° a materia quæ triplex ẽ ex qua, in qua, circa quã. 2° A Negatiõne materiæ ad Negatiõne. Tertiò A qualitate ad qualit.)

A Materia in qua eodẽ ferè modo ducitur argumẽtatio quo nõ etiã à materia ex qua maximè vò à qualitate materiæ ad qualitatẽ effectus seu a qualitate subiecti ad qualitatẽ formæ. Maxima ẽ Quale subiectũ, talia accidẽtia. Quod inest subiecto digniori, dignius ẽ et perfectius dũ mõ insit illi tãquã propriũ.

(A Materia in qua. Maxima Qualis subiectũ talia accidẽ. Quod inest subiecto digniori dignius est)

Ex Materia circa quã seu ex obiecto, ducitur argũ primo ab existẽtia ob: ad possibilitatẽ scientiæ quæ circa illud obiectũ versatur. Secũdo à qualitate obiecti ad qualitatẽ potẽtiæ habitus vel actus. Maxima ẽ Quale obiectũ talis potentia vel habitus vel actus. vñ ex dignitate di: versitate, identitate, Entitate et aliis proprietatibus obiectorũ argum

ad dignitatẽ, et alias dignitates potẽtiæ, habitus vel actus. *(interlinear: diversitatẽ.)*

(margin: A Causa formali) A Causa Formali sic arguimus. Posita forma ponitur effectus formalis, sublatã forma tollitur effectus formalis.

(margin: A Causa efficiẽte tripliciter ducitur argũm.) A Causa Efficiẽte tripliter ducitur argũm. Primo ab existẽtia causæ ad existẽtiã effectus si cætera sĩt. Maximæ sunt. Posita causa in actu, id ẽ, in operari, ponitur effectus in actu. Posita causa in potentia, ponitur effectus in potẽtia. Posita causa sufficiẽti & necessaria, ponitur effectus in actu. Sublata causa in potẽtia tollitur effectus in potentia. Sublata causa in actu tollitur effectus in actu id ẽ in fieri. Sublata causa cõservãte tollitur effectus. Sublata causa efficiente tãtũ et nõ cõservante nõ tollitur effectus. *(sublato parẽte nõ tollitur filius)*

(margin: Maximæ. Posito effectu in potẽtia ponitur causa in potẽtia.) Secundo Ab existẽtia effectus ad existẽtiã causæ. Maximæ sũt. Posito effectu in potẽtia ponitur causa in potẽtia. Cuilibet potẽtiæ passivæ respondet sua potẽtia activa. Posito effectu in actu ponitur causa in actu. Posito effectu in facto eẽ, nõ ponitur efficiẽs necessariò nisi simul sit efficiẽs et cõservãs.

(margin: passivæ respõdet activa. Posito effectu in actu & causa in actu) Tertio A qualitate causæ ad qualitatẽ effectus. Maxima ẽ. qualis causa talis effectus.

(margin: A Fine tripliciter ducimus argũm. 1º A qualitate finis ad qualitatẽ rei) A fine tripliciter ducimus argũm. Primo a qualitate finis ad qualitatẽ rei quæ per se tẽdit in illũ finẽ. Maxima sũt. Qualis finis talia sunt quæ ordinãtur ad finẽ. *(vita beata ẽ bona ergo pœnitẽtia bona)* Cuius finis bonus et ipsũ bonũ. Cuius finis malus & ipsũ malũ. *(malus infernus et mediũ mala id ẽ peccata)*

(margin: 2do Ex qualitate finis ad qualitatẽ aliarũ causarũ.) Secundo Ex qualitate finis ad qualitatẽ aliarũ causarũ. Maxima est. Oẽs causæ debent eẽ accomodatæ et proportionatæ fini.

(margin: Tertio A qualitate finis ad qualitatẽ mediorũ) Tertio A qualitate finis ad qualitatẽ mediorũ causarũ. Qualis finis talia media scilicet si finis sit bonus media per se ordinata sũt bona finis enim dat boni talitatẽ appetibilitatẽ & alias perfectiones mediis. *(ut sæpius verã pro sanitate.)*

Sectio vigesima septima de locis à generatione corruptione & usu rei.

(margin: A generatiõe & corruptiõe rei.) Sumuntur etiã argumẽta à gñatiõe et corruptiõe rei. Maxima est. Cuius generatiõ bona ipsũ bonũ, cuius corruptio bona ipsũ malũ, cuius corruptio mala ipsũ bonũ.

(margin: A usu rei sic) Ab usu rei similiter etiã argũm. Maxima ẽ. Cuius usus bonus et ipsũ bonũ cuius usus malus et ipsũ malũ.

Sectio vigesima octava de locis ab accidentibus.

(margin: Accidẽtia dupl. Propria & cõmunia.) Ad locũ ab accidẽtibus spectant accidẽtia propria et cõmunia. Ab utrisque licet argumẽtari ad sua subiecta. A cõmunibus ad cõmunia. A propriis ad particularia tã affirmativè quã negativè. Iisque dupliciter. Primo ab existẽtia accidẽtiũ ad existẽtiã subiecti. Secundo à qualitate accidẽtiũ ad qualitatẽ subiecti. Maximæ sunt. Ex accidẽtibus cognoscuntur subiecta. Diversa subiecta

(margin: cõmunibus ad cõmunia. A propriis ad particularia dupl.)

diversa quoque accidentia sibi vendicant. Accidentia sunt proportionata suis subiectis. Huc spectat locus ab operatione. Operatio enim est accidens quoddam rei. Maxima est Ex operatione cognoscitur natura rei

Sectio vigesima nona de locis ab adiunctis.

Adiuncta alia sunt praecedentia ut Nobilitas familia, facta maiorum Educatio, Portenta, alia concomitantia ut Locus, Tempus, Comitatus etc. Alia subsequentia ut Laus vituperium etc. Adiuncta alio nomine Circumstantiae dicuntur. Maxima est Quales sunt Circumstantiae tale verisimile est rem ipsam esse. A Circumstantiis Concomitantibus est insignis locus apud Cic: in Catil. oratione Ida quis tota Italia veneficus etc. Et in oratione pro Roscio Comoedo loquens de C. Fanio Cherea. Nonne ipsum caput. Et Mart: in Zoilum. Crine ruber, niger ore brevis pede lumine laesus. Rem magnam praestas Zoile si bonus es.

Adiuncta triplicia alia praecedentia, Concomitantia subsequentia. Adiuncta alio nomine Circumst.

Sectio Trigesima de locis a Comparatione.

Comparatio potest fieri inter similia dissimilia Maiora paria. Minora et opposita. A simili Maxima est. Similium idem est habendum iudicium in eo in quo sunt similia. Ovid. Scilicet ut fulvum etc. Quod si similitudo trahatur ex rebus fictis tenendae sunt memoria fabulae Aesopi. Praeclarum huius est exemplum apud Horatium de seipso epistola 1a. Quod si me populus Romanus etc. Huc spectat locus a Proportione est enim proportio similitudo graduum duorum inter se. Reducitur etiam locus a transmutata proportione ut sicut se habent duo ad quatuor ita sex ad duodecim quia utrobique est proportio dupla Ergo a commutata proportione sicut se habent duo ad sex, ita quatuor ad duodecim. Est enim utrobique proportio tripla

A dissimili ducitur etiam argumentum Maxima est. Dissimilium et disparium est diversa ratio in eo in quo dissimilia sunt. Huius loci praeclarum exemplum est apud Catullum. Disertissime Romuli nepotum etc. Virgili. 2 Aeneid: Sed non ille quales erat. et infra At non ille satum.

A Maiori ducitur argumentum negativum tantum. Maxima est, Si quod magis videtur non est verum nec id quod minus videtur verum erit. A Minori ducitur argumentum affirmativum tantum Maxima est. Si quod minus videtur est verum et id quod maius. Ovid: Ut corpus redimas etc. Horatius Ut iugulent homines surgunt; etc.

A Paribus. ducitur etiam argumentum. Maxima est Quorum par est ratio ea se habent eodem modo ut se habet simpliciter ad simpliciter sic magis ad magis. et Maximum ad Maximum. vel si praedicatum sequitur subiectum etiam incrementum praedicati sequitur incrementum subiecti Mart. Casto etiam pudet etc.

Ex his locis manant elegantissime amplificationes cũ Hyperbole Cic: Quod fretũ, quẽ Euripũ, etc. Virgil. Ante leves ergo etc. Et Ante lupos rapient hædi etc. Ovid: Ante retro Simois etc.

Ab oppositis Maxima ẽ. Opposita nõ possunt affirmari de eodẽ simul et semel. Opposita versantur circa idẽ subiectũ. Cui inest unũ cõtrariũ potest inesse et alterũ. Contraria immediata non possunt simul vel affirmari vel negari de subiecto apto. Contraria de subiecto in capaci possunt simul negari. Oppositorũ opposita ẽ natura. Hinc vero oritur repugnantia quæ nullã certã oppositionẽ habent ut ignis et lapis. Et non simul convenire possunt. Maxima ẽ. Repugnantiũ ẽ diversa rõ in eo in quo repugnantia sunt. Vir: 1. Aenei. O quã te memorẽ virgo etc. Hæc de locis Topicis.

Sectio Trigesima prima de Syllogismo Sophistico et locis Sophisticis.

Constat propositionibus apparenter veris vel appa: Necessariis

Syllogismus sophisticus ut dictũ est supra ille est qui cũ habeat bonã formã syllogismi, constat propositionibus apparenter veris vel apparenter necessariis, quamvis, ut dixi, in eo falso colligit nõ esse verã formã syllogismi nec verã illationẽ sed tantũ ex suppositione vel ad hominem. Ut syllo: fit appa: vera.

Mediũ huius syllogismi multiplex, etiã esse ut et syllogismi Topici. Est enim oẽ illud quod apparenter ẽ conexũ cũ subiecto vel prædicato quæstionis. Id enim oẽ assumit sophista pro medio.

In dictione sex: Aequivocatio, Ambiguitas Amphib., Compositio, Divisio, Accent., Figura dictionis

Locorũ sophisticorũ duo sunt genera alii enim in dictionibus siti sunt, alii extra dictionẽ id ẽ in rebus. In dictione sunt sex Aequivocatio Ambiguitas seu Amphibologia. Compositio. Divisio. Accentus Figura dictionis. In rebus seu extra dictionem septem. Fallacia accidentis, secundũ quid ad simpliciter, Ignorationis Elenchi. Consequentis. Petitionis principii. nõ causæ ut causæ. Multiplicium interrogationis tanquã unius

Sectio Trigesima secunda de locis Sophisticis in dictione positis.

1. Aequivocatio Nõis

Primus horũ ẽ Aequivocatio Nõis. quæ spectatur in uno verbo multa significante Sive sit verbũ verè æquivocũ sive Metaphoricũ ã Analogũ. Verè æquivocũ ut oĩs canis latrat. Sydus coeleste ẽ canis. Ergo sydus coeleste latrat. Item oẽ corpus ẽ substantia. Trina dimensio ẽ corpus. Ergo trina dimensio ẽ substantia. Analogũ ut oẽ quod currit habet pedes. fluvius currit. Ergo habet pedes. Item Oẽ quod ridet habet os. pratũ ridet ergo pratũ habet os. Et Oẽ sanũ potest ægrotare medicina ẽ sana. Ergo medicina potest ægrotare. Sive etiã quoniã modo verbũ plura signat ut Petrus stat, petrus sedet Ergo sedens stat. Et Hoc aĩal ẽ asinus. Hoc aĩal ẽ tuũ. Ergo tuũ ẽ asinus

Vere æquivoc: — Analogum.

Captio Æquivocati.

Captio Aequivocationis laborat hoc sophisma. quidquid nō amisisti habes cor:
nua nō amisisti, ergo cornua habes. Hic ē aequivocatio in ~~medio termino~~. Nō a:
misisti. nā in maiori intelligitur de rebus ante habitis. In minori vō extenditur ad
res etiā nunquā habitas. Secundus locus ē ambiguitatis
seu amphibologiae orationis quae pōt habere plures sensus. ut quidquid ē Aristo:
telis possidetur ab Aristot: Haec Logica ē Aristot: Ergo possidetur ab
Aristot. Est amphibologia. nā in maiori denotatur habitudo rei possessae ad
possidētē. In minori habitudo effectus ad causā. Similiter ē amphibologia cū
dr oēs Episcopi sūt hōes. isti Equi sūt Episcopi ergo isti equi sūt homines.
Admittitur autem Amphibologia. Vel propter Ironiam ut qui
dicit te egregie versipellem collaudat te. Praeceptor cū te reprehēdit dicit
te egregie versipellem, ergo cū te reprehēdit collaudat te. Vel pro:
pter Accentū ut qui habet in mensa leporē habet carnes, tu semper
habes in mensa leporē ergo tu semper habes carnes. Vel propter Quā
titatē ut quidquid edis devoras, librū edis ergo librū devoras. Vel
propter Diphtongū ut oīs equus ē bestia iste iudex est aequus
ergo iste iudex ē bestia. Vel propter Aspirationē ut quod hamatur ha-
mo capitur. vinū amatur, ergo vinū hamo capitur. Vel propter mutati:
onē Casus ut quod videt quis hoc videt, arborē quis videt ergo arbor
videt. nā vox, hoc, potest esse in accusativo, et in nominativo. Si in
accusativo vera ē maior propositio. Si in nominativo falsa. Vel propter
disiunctionē Syllabarum unius dictionis quae disiunctio efficit diver:
sā significationem ut quidquid Deus facit invite facit coactus. Sacerdos
Deus facit in vite ergo facit coactus. Et aliis similibus modis.
Tertius locus ē Figurae dictionis cū ex similitudine acci:
dētali duarū dictionū colligitur similitudo significatorum. Quod fit tripliciter.
1° Cū ob similitudinē utriusque voci eadē Grāmatica affectio tribuitur
ut Abeo ē 4ae coniugationis Ergo et habeo quartae hoc nō nisi rudibus
proponitur 2° Cū ob similitudinē vocis res unius praedicamenti
transferimus ad aliud idque fit variis modis. Vel enim à Substātia trā:
simus ad quātitatē ut quos digitos habuisti puer etiā nunc habes.
sed tātillos digitos habuisti puer Ergo tātillos digitos nūc habes. quos
dētes habuisti puer etiā nūc habes. sed quatuor dentes habuisti
puer Ergo quatuor dētes etiā nūc habes. Vel trāsimus à substā
ad qualitatē seu à re ad modū ut quod heri emisti hodie comedi:
sti, sed heri emisti pulū crudū, Ergo pulū crudū hodie comedi:
sti. quēcumque hominē vidisti heri, vides et hodie, sed heri vidisti ho:
minē sanū. Ergo et hodie vides hominē sanū 3° Cū ob similitudinē
vocis trāsimus ad suppositionē psonalē à simplici, vel ad simplicē à psonali
ut vivens latius patet quā aial. hō ē vivens, ergo hō latius patet quā aial. So:
crates nō ē species. Socrates est homo. Ergo homo nō est species.

Quartus locus ē Accentus, q in scdo loco sup̄ ē explicatus. Quintus ē Compositionis. Sextus Divisionis. In his locis fallacia accidit, cū vel à sensu cōposito ad divisū, vel à sensu diviso ad cōpositū argumētatur sophista, de quibus sensibus supra iā egi, ut: Qui̅ hōem vigilare ē possibile, dormiēs ē hō, Ergo dormiētē vigilare ē possibile. Concło in sensu cōposito ē falsa, in sensu diviso ē vera. Et, Nullū albū pōt eē nigrū, paries ē albus, g paries nō pōt eē niger. Maior ē vera in sensu cōposito. cōcło nō infertur in sensu diviso.

Sectio Trigesima Tertia. De locis sophisticis extra dictionē id est in Re.

Primus est fallacia accidētis, qn cū duo sūt cōiūcta existimamq qd cōveniat vel repugnat uni, cōvenire vel repugnare alteri, quod accidit cū mutatr suppositio psonalis in simplicē. vel Formalis in Materialē, ut Ensis ē gladius, gladius ē trisyllabū, ergo Ensis ē trisyllabū. Itē risibile ē proprietas hōis, hō ē risibilis, g hō ē proprietas hōis. Itē. Vivus latius patet quā aīal, hō ē vivēs g hō latius patet quā aīal. Secundus est fallacia scdm qd et simplr. Cōtigit aūt duplr. 1.° Cū à dicto simplr argumētamur ad dictū scdm quid ut Licet carnibus vesci. g licet carnibus vesci in vigiliis. nō licet occidere, g nec magistratui licet.

Nota aliquando licere argumentari à dicto simplr ad dictū scdm quid, qn dictū simpliciter accipitr universalr, et dictū scdm quid nō est diminuēs vel distrahēs dictū simplr. Quia sub propositiōe universali licet subsumere particularē, ut oēs hōes sūt bipedes Ergo et illi qui in Mazovia sūt bipedes. Aliquando verò nō licet quando nimirū dictū simpliciter enūciatur indefinite et aequivalet particulari Dictū verò scdm qd ē dictū diminuēs vel distrahens. 2.° Cū à dicto scdm qd ad dictū simplr argumētamur, aliqua enim cū adiectiōe sūt vera quae sine adiectiōe sūt falsa ut Nō licet in quadragesima vesci carnibus, ergo nō licet vesci carnibus. Mendax dicēdo se mēdacē dicit verū. Ergo mendax dicit verum. Petrus est bonus latro ergo ē bonus.

Tertius est ignorationis Elenchi seu ignorantia cōtradictoriorū quādo quae nō sūt cōtradictoria existimantur esse talia. ut Denarius ē maior binario et minor centenario Ergo denarius maior et minor est simul.

Quartus est Consequētis cū argumētamur à destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis ut qui dicit te esse equū dicit te esse animal, sed qui dicit te esse equum dicit falsum g qui dicit te eē aīal dicit falsū. vel à positiōe cōsequētis ad positionem antecedentis ut si equus est homo est aīal sed ē aīal ergo

sed est aial ergo e sb.
Quintus e petitionis principii quando ide per idē probamus vel ignotius aut eque ignotu. tunc enim quasi gratis petimus principiu id est coclusione nobis cocedi ut si per synonima, universale per parti- cularē, particulare per universale quod adversarius eque negabit, probet aliquid.

5 Petitio principii qn ide p ide probat vel ignotius vel eque ignoti. Quare aut ossit qn. per synonimu Universale p parti. particularē p univers.

Sextus est no causae ut causa qn falsitate coclusionis attribuimus alteri premissae quae no e causa ipsius falsitatis ut ois bo e dispci- plinae capax Ergo ois bo e Grāmaticus. si dicā hanc conclusione video esse falsā quia illud antecedens e falsū. comitto fallaciā no causae ut causae no enim illa propo sed alia quae tacetur e causa falsitatis conclusionis nempe. Oē disciplinae capax e Grāmaticū

6 Causa ut causa.

Septimus est multiplicis interrogationis tāquā unius qn pro spe unica interrogatioe multa petit et vult unica responsioe sibi responderi ut si petat Hō et leo sunt ne aial rationale vel no. si affirmas inferet leonē eē rationale. si negas inferet hōem no eē rationalem
Hactenus de locis sophisticis

7 multiplicis interrogationis tāquā unius.

De Conditionibus Syllogismorum ex parte forma ex quibus constabit quina Syllogismi sint vitiosi nō seruā, tes formam syllogisticam.

Hic ubi agimus de syllogismis sophisticis opportune agamus de coditionibus boni syllogismi ex parte formae ut ex eis cognoscamus quinam syllogismi sint boni et in forma q vd no. rectū enim e norma et index sui oblig.
Quoniā aut coditiones hae nec tradi nec intelligi possunt nisi prius affectiones quadā terminorum (syllogismus enim coflatur ex terminis) quae e recentioribus, suppositio, status, ampliatio, distractio restrictio

alienatio. Coniunctio et appellatio vocantur ------ tradatur et intelli:
gatur Ideo de illis primo agendum est. Sit ergo.

DIGRESSIO DE AFFECTIONIBUS quibusdam Terminorum quae variatae vitiant Syllogismos.

Hic de Syllogismis consideratis in ordine ad propositionem et sylogismum.

Haec affectiones conveniunt terminis non secundum se nec comparatis ad invicem de quibus considerationibus terminorum egi initio summulae sed consideratis in ordine ad propositionem et consequenter in ordine ad syllogismum cuius partes sunt propositiones. Cum autem Termini duplicter in propositione possit considerari Primo In ratione subiecti et praedicati. Secundo In ratione significationis et variae acceptionis quam habent in propositionibus, neque enim Terminus eodem modo in omni propositione accipitur et de prima consideratione egerimus in secunda parte cum egimus de Enuntiatione Hic tantum agemus de secunda in ratione scilicet significationis et variae acceptionis, quam habent termini in propositionibus et consequenter ut dixi in syllogismis Haec enim facit ad nostrum propositum. Sit ergo.

Termini dupliciter in propositione considerantur
1. ratione subiecti vel praedicati
2. ratione significationis vel variae acceptionis.

Non eodem modo terminus in omni propositione accipitur.

Hic de secunda aget.

SECTIO PRIMA Quid sit Suppositio.

Terminus qui vel pro seipso vel pro re significata accipitur dicitur supponere.

In suppositione Tria spectari possunt:
1. quasi substantia
2. quantitas
3. qualitas vel modus.

Suppositio est usus et acceptio termini qui enim terminus vel pro seipso accipitur vel pro re significata dicitur supponere, vel pro seipso vel pro re significata In suppositione tria possunt spectari Primo quasi substantia suppositionis haec autem est acceptio termini pro hac vel illa re. Secundo Quantitas seu extensio suppositionis quatenus scilicet terminus pro pluribus vel paucioribus supponit. Tertio Qualitas et modus suppositionis

SECTIO 2a de divisione Suppositionis Secundum Substantiam.

Secundum substantiam dividitur In Materialem et Formalem.

Materialis pro seipso tantum.

Formalis pro re significata.

Si spectetur substantia suppositionis. suppositio dividitur In Materialem et Formalem. Materialis est acceptio termini pro seipso non pro re significata ut cum dico Homo est vox, homo supponit Materialiter, quia supponit pro seipso hoc est pro hac dictione homo. Praedicatum enim vox non potest competere huic termino homo nisi accepto pro seipso. Formalis est acceptio termini pro re significata non pro seipso ut homo est animal, homo supponit formaliter, pro re significata hoc est natura humana quia praedicatum animal competit homini quatenus

scãt naturã humanã, nõ quatenus ẽ dictio.

Nota duplr vocẽ aliquã posse supponere pro seipsa Primo Intrinsecè eo quod ipsa seipsã scãt, vt apparet in subiecto huius propositionis Nomen ẽ nomen. vox enim Nomen supponit pro seipsa et seipsã scãt, quia etiã haec vox Nomen ẽ nomen. Similr subiecta harũ propositionũ scãnt seipsa. Nomen ẽ vox, vox ẽ sonus. sonus ẽ qualitas, nã cũ dictio Nomen imposita sit oibq nominibus scãntibus etiã seipsã scãt quãdoquidẽ et ipsa nomen ẽ, quod eodẽ modo dicẽdũ ẽ de dictionibus vox et sonus. 2do Extrinsecè qñ vox seipsã nõ scãt, accipitur tñ pro seipsa propter adiunctã aliã vocẽ vt apparet in subiecto huius propositionis Homo ẽ disyllabũ. vox enim hõ accipitur pro seipsa propterea quod haec vox. disyllabũ cõpetat hõi accepto pro seipso. Prior suppositio ẽ formalis quia in ea terminus supponit pro seipso tãquã pro re scãta hoc aũt ẽ propriũ suppositionis formalis supponere scilicet pro re scãta Posterior võ ẽ materialis quia in ea terminus supponit pro seipso nõ tãquã pro re scãta. ac proinde supponit materiatr.

Supstr aliquãs pro seipsã homi... *1. Intrinsecè qñ ipsa seipsã scãt* *2o. Extrinsecè qñ nõ scãt seipsã, sed accipitur pro seipsa p adiunctã aliã vocẽ.*

Supponit igr materiatr Primo voces nõ significatiuae vt cũ dico Blictri ẽ vox. Secũdo voces scãtiuae pro seipsis nõ võ pro rebus scãtis acceptae vt cũ dico Hõ ẽ vox, hõ ẽ sonus. Cognosco aũt in his propositionibus termini hõ supponere materiatr quia praedicatũ nõ potest illi cõpetere nisi materiatr et pro seipso accepto hõ enim ẽ vox quatenus ẽ dictio nõ quatenus ẽ natura realis in mũdo.

Materiatr supponit.

Suppositio Formalis vt supra tetigi est acceptio termini pro re quam significat sive rem illam significet propriè vt Homo verũ hominem sive impropriè vt Homo hominẽ pictũ

Formalis Suppositio Est duplex altera Simplex altera Personalis
Suppositio Simplex est acceptio termini pro suo imediato significato.
Suppositio vero Personalis Est acceptio termini pro suo mediato significato.

Nota enim Terminũ tã cõmunẽ quam singularẽ duplex habere significatũ.

Cõmunis immediate naturã cõmunẽ sĩcat. mediate sua inferiora.

Singularis immediate naturã singularẽ sĩcat ut singularis mediate sua superiora.

Alterũ quod immediate sĩcat. alterũ quod mediate. Terminus Cõmunis immediate sĩcat naturã cõmunẽ. ut cõmunis ẽ, mediate vero sĩcat sua inferiora ut c. hõ mediate sĩcat hũm in cõmuni mediate vero sĩcat Petrũ Paulũ. etc. Singularis vero immediate sĩcat naturã singularẽ ut singularis ẽ, mediate vero sĩcat sua superiora. v. c. Socrates immediate sĩcat ipsũ Socratẽ quatenus Socrates ẽ, mediate vero sĩcat hũm. aĩal, vivens corpus substantiã.

Suppo simplex ẽ

Terminus Communis qñ supponit simplr.

Suppositio ygr simplex ẽ acceptio Termini pro suo immediato sĩcato. Tunc ergo Terminus cõmunis supponit simplr qñ supponit pro natura cõmuni ut cõmunis ẽ. v. c. in his propositionibus. hõ ẽ spẽs hõ ẽ quod cõmune oĩbg hĩbus, Terminus hõ supponit simplr, quia supponit pro hõe tãtũ in cõmuni accepto nõ vero pro aliquo singulari hõe. Unde quod attribuitur hõi sic accepto nõ potest attribui singulis hĩbus. Petrus enim nõ ẽ spẽs nec ẽ quod cõmune oĩbg hĩbus.

Terminus singularis qñ supponit simplr.

Terminus vero singularis tunc supponit simplr qñ supponit solũ pro natura particulari ut particularis ẽ ut apparet in subiecto huius Enũciationis, Petrus ẽ individuũ et tunc nõ licet id quod attribuitur Petro attribuere hõi vel aĩali, fal: sũ enim ẽ hũm vel aĩal eẽ individuũ.

Terminus Cõmunis qñ supponit personalr.

Suppositio Personalis est acceptio termini pro suo mediato sĩcato. Tunc ygr Terminus cõmunis supponet personalr cũ supponet pro suis inferioribus v. c. hõ cũ supponet pro Petro Paulo. etc. quae sunt personae quaedã (Unde enim dicta ẽ suppõ Personalis) ut apparet in subiecto huius propositionis hõ ẽ aĩal. tunc enim hõ supponit pro Petro Paulo. etc. quia Petrus Paulus. ẽ aĩal. Et tunc id quod attribuimus termino cõmuni possumus etiã attribuere terminis singularibus.

Singularis tunc supponit Personalr. qñ pro suis superioribg supponit.

Terminus vero singularis tunc supponet Personaliter, qñ supponet pro suis superioribus, superiora n. sunt mediatũ sĩcatum termini singularis vñ quod attribuimus termino singulari poterimus etiã termino cõmuni et superiori attribuere ut apparet in subiecto huius propositionis Socrates ẽ aĩal, scribit, ambulat etc. terminus Socrates supponit etiã pro hõe quia verũ ẽ dicere hõ ẽ aĩal, ambulat, scribit, etc.

Sectio Tertia de divisione Suppositionis secundum Quantitatem.

Suppositio si eius quãtitas spectetur dividitur in discretã et cõmunem. Discreta ẽ, cũ terminus pro una re singulari accipitur ut Petrus currit Cõmunis est cũ terminus supponit pro multis ut hõ ẽ aĩal.

Suppositio cõmunis ẽ triplex Distributiva Collectiva Disiunctiva

Possunt enim plura sumi his tribus modis vel distributive singula ut hic ꝯ ille ꝯ ille ꝛc vel Collective simul, oīa scilicet quasi in unū colligendo, vel Disiunctive ut hic aut ille. ꝛc. **Suppositio Distributiva** ē acceptio termini pro multis, ita ut accipiatur etiā pro singulis seorsum sumptis ut. Oīs hō ē aīal, terminus hō accipitur pro singulis hominibus nā et Petrus ē aīal, et Paulus ꝛc. **Collectiva** est acceptio termini pro multis simul sumptis ut Oēs Apli chri sunt duodecim. Oēs Planetae in coelo sunt septē. Hic enim termini apli et planetae supponunt collectivè. **Disiunctiva** ē acceptio termini pro multis sub disiunctione ut Aliqs hō loqtur terminus hō supponit pro hoc, vel illo. ꝛc

Supp̄o Disiunctiva dividitur in Determinatā ꝯ Confusā.

Determinata disiunctiva est qn terminus unam quidē rem determinatē signat quia tn̄ nō explicat quae sit illa, potest multis disiunctivè applicari ut cū dico. Aliquis hō loquitur unū certū hoīem significo qui loquatur, quia tn̄ nō explico quis ille sit possū hunc terminū applicare multis disiunctivè dicendo aut hic, aut iste loquitur ꝛc **Suppositio disiunctiva cōfusa** ē qn terminus accipitur pro uno tantū sed nō determinato, verū etiā multis disiunctive cōvenire potest ita tn̄ ut nulli cōveniat determinate ut si dicā, ad scribendū necessarium ē calamū, scilicet hoc vel illud nō aliquod determinatū, Ad equitandū necessarius ē equus, scilicet hic vel ille ꝛc nō aliqs determinatus. Unde nō liceret dicere aut hic equus ē necessarius ad eqtandū aut hic ē necessarius ad eqtādū ꝛc qa iā terminus acciperetur nō cōfuse sed determinate. **Suppositio** secundum Quātitatē dividitur etiā in Cōpletā ꝯ in Incompletā. **Completa** est qn terminus supponit pro oībus suis inferioribus pro quibus potest supponere ut Oīs hō ē aīal, terminus hō supponit pro oībus et singulis hoībus et haec suppositio dr̄ à Logicis suppositio pro singulis generū. **Incompleta** ē. qn terminus nō supponit pro oībus inferioribus pro quibus posset supponere sed pro aliquibus tantum Hoc autem accidere potest dupliciter. 1° Propter signa quaedā quae nec sint universalia nec particularia sed media ut uterqꝫ, Neuter, Alter, Duo, Tres. et caetera similia. **Talia enim signa** restringunt terminos cōmunes ut supponant nō pro oībus suis inferioribus nec pro uno tantū sed pro aliqibus tantū; ut si dicā uterqꝫ oculus ē habes alter oculus ē caecus. neuter oculus ē perspicax. in his propositionibus semper oculus sumitur pro duobus tantū. 2do Absqꝫ ullis signis restringentibus sed ex solo usu loquendi ut. Oē aīal fuit in arca Noe, oēs Palatinates in comitiis fuerunt. Tota civitas effusa ē ad spectaculū. Sensus enim ē nō singula aīalia fuerunt in arca Noe, sed ex singulis generibus aīaliū aliquot ex singulis palatinatibus aliqs adfuit comitiis ꝛc. et haec suppositio vr̄ à Logicis supp̄o pro generibus singulorū

Possunt plura sumi his tribus modis

Distributiva quid. pro multis, et pro singulis

Quid Collectiva. Pro multis simul sumptis.

Disiunctiva pro multis sub disiunctione.

Disiunctiva dividitur in determinatā

Confusa quid sit

Secundum quantitatem dividitur in

Completa quid sit

Incompleta quid. quā nō pro oībus inferioribus supponit sed pro aliquibus tantū.

Id quando fit Propter signa quaedam quae nec sint universalia nec particularia sed media. et talia restringunt.

Sine signis restringentibus sed ex solo usu loquendi

Sectio quarta de divisione suppositionis secundum qualitatem.

Suppositio si eius qualitas spectetur dividitur in affirmativā et Negativā. Ille terminus supponit affirmative cui ē praefixū signū affirmativū ut Oīs hō. Ille vō supponit negative cui ē praefixū signū negativū ut Nullus hō.

Sectio quinta de pronunciatis quibusdam ad cognoscendas terminorum suppositiones.

1. Pronūciatū: Suppō talis ē qualē exigit termin[us] ei adiunctus.

Termini cōiuncti inter se determinant sibi suppositiōes ad inuicem.

Notādae sunt pronūciata quaedā à Philosophis tradita quae faciunt ad cognoscendās terminorū suppositiones. Primū pronūciatū. Termini suppositio talis ē qualē exigit terminus ei adiunctus. Termini enim cōiuncti inter se determinant sibi suppositiōes ad inuicē. v.c. subiectū talē suppositionem habebit qualē in ipso requirit praedicatū. et ē cōtra. praedicatū qualē in ipso requirit subiectū. v.c. si dicā hō ē vox. in hac propositiōe, homo supponit materiatr quia praedicatū vox id requirit. nō enim potest praedicari de hoīe nisi accepto materiatr, vox vō supponit formatr pro oībus vocibus scatis quia id reqrit subiectū hō. hō enim nō aliter supponit quā ut ē quaedā vox, quae scat oēs voces, vn etiā scat hanc vocē hō. Simile ē si dico. ~~Obiectū~~ hō ē sonus, aīal ē vox.

2. Pronūc: Termini scissos scantes supponūt formatr.

Secūdū pronūciatū Termini scissos scantes supponunt formatr. Ratio ē qa suppositio formalis ē acceptio termini pro suo scato, sed hi termini scissos scant ergo supponunt pro scissis formatr. Tales termini sūt Nomen, Vox, sonus, dictio, Ens, Accidens. Vnde hic syllogismus ē bonus. Oē Ens existit, haec dictio Ens ē Ens ergo haec dictio Ens existit. At nō esset bonus si nomen Entis tā in maiori quā in minori nō supponeret formatr.

3. Pronūc: Signum vle vel partic. adiunctū termino facit suppōem formatr. Ratio.

Tertiū pronūciatū Signū vniversale vel particulare adiunctū alicui termino facit illū terminū supponere formatr nō materialiter. Roē quia oīa signa trahunt terminū ad sua inferiora ac proinde trahunt ad rē quā scat. Inferiora enim scantur à termino, et cōsequēter tenē termini supponunt formatr qa supponunt pro re quā scat, vn etiā haec signa faciunt terminū supponere personatr nō simplicitr.

Itaque haec signa supponunt terminum personatr non simplr. Exemplum

v.c. in his propositionibus Oīs hō ē aīal, quidā hō ē albus, terminus hō semper supponit pro iis quae cōtinentur sub hoc termino hō. Vnde haec propositio ē falsa Oīs hō ē vox quia terminus hō. ex vi signi praefixi supponit personatr pro suis scatis inferioribus, quibus nō cōpetit eē voces.

Oīs homo ē vox. Est propō. Ratio

Absque signo aūt haec ē vera hō ē vox qa terminus hō à nullo signo restringitur ad suppositionē formalē. vn potest postea determinari ad suppositionē materialē à praedicato subservamente

Homo ē vox Est bona. Ratio

Ex hac regula collige nullu termini materiali supponete esse capace signi vel universalis vel particularis nisi forte diversi generis praefigendo scilicet signu generis neutrius termino masculino vel foeminino Unde haec propositio e vera. Oe ho e vox. haec e. Oe nomen ho e vox. Haec vero falsa, ois ho e vox uti docuimus.

Collige Nullu terminu mat[erialiter] supponente esse capace signi, nisi de 2° [Ex]po Omne homo e vox. Est vera Ois homo e vox. Est falsa.

Quartu pronunciatu. Praedicata intentionalia faciunt subiectu supponere simplr. Est aut praedicatu intentionale, quod rei copetit no ex natura sua sed per operatione intellectus. Tales sunt hae propositioes Ho est spes. Ho e praedicatu vel subiectu, Ho e quid comune multis, ista eni oia praedicata no conveniunt naturae humanae nisi quatenus e per intellectu abstracta à suis inferioribus.

4 Pronu. Intentionalia praedicata supponunt subiectu simplr Homo e species.

Quintum Pronuciatu Ois terminus simplr supponens (scilicet immediate) e singularis no quide voce sed suppositioe. Ratio e quia terminus comunis ut simplr supponit no potest praedicari de multis. ergo quatenus simplr supponit no e universalis sed singularis. vc. in hac propositioe Ho e spes. Ho supponit pro natura humana ut praecisa est à suis inferioribus. At ut sic no praedicatur ho de Petro Paulo. etc. quia Petrus no e ho praecisus ab individuis. Unde licet terminus homo sit comunis no tn communiter accipitur sed singulr. Et certe una quada res e et singularis prout praescinditur à suis inferioribus. Hinc collige Primo. Nullu terminu simplr supponetem esse capace signoru nec universaliu nec particulariu Ratio est quia termini simplr supponetes habent se instar terminoru singularium, at termini singulares no sunt capaces ullius signi ergo nec termini simplr supponetes. Quare hae propositioes sunt falsae Ois ho e species. Aliqs ho e spes, quia terminus ho ex vi praefixoru signoru supponit personalr unde no potest postea a praedicatis intentionalibus trahi ad suppositione simplice, hinc signis vero (ha) propositioes sunt verae. Hae etia sunt verae Nullus ho e spes. Aliqs ho no e spes sed terminus ho supponit personalr no simplr propter signa, quare universalr veru e signa impedire suppositione simplice. Secundo collige signa facere terminu supponere personalr quia ut dixi signa trahunt terminu ad suppositione (te stati) formale ergo vel ad formale simplice vel ad formale personale. sed no ad formale simplice ut iam probavi ergo ad formale personalem.

5 Pronu: Ois terminus simplr supponens e singularis no voce sed supposit[ione]. Ratio

Terminus Homo licet sit comunis non tn communiter, sed singulr capitur

Collige 1° Nullu terminu simplr supponens e capace signoru. Ratio

Termini singulares no sunt capaces ullius signi.

[Ex]po Ois homo e species. Aliquis homo e species. Est falsa. Ratio e signi ho...

Signa impediunt simplicem suppositionem simplice est.

Collige 2° Signa faciunt terminum supponere personalr.

Colligitur 3. Omnem propositionem cuius subiectum supponit singulariter est singularem.

Tercio Colligo omnem propositionem cuius subiectum supponit [immediate] singulariter esse singularem v.g. haec homo est species est vere singularis sicut haec Petrus est homo. Ratio est quia propositio singularis est illa cuius subiectum est singulare sed in utraque hac propositione subiectum est singulare, in prima quidem singulare ex suppositione, in secunda vero ex natura sua ergo utraque propositio est aeque singularis.

Propositio Homo est species est singularis ex suppositione, Petrus est homo est singularis ex natura sua.

6. Pronunt. Terminus cum signo universali supponit distributive nisi impediatur.

Sextum pronuntiatum. [multa et particularia] Distributive supponit primo terminus notatus signo universali Omnis, Nullus, nisi aliunde impediatur. ut Omnis homo est animal Nullus homo est lapis. 2do Terminus Negatus, negatio enim semper distribuit terminum quem afficit. Unde in hac propositione universali negativa tam subiectum quam praedicatum supponit distributive v.g. Nullus homo est lapis, quia nec hic homo nec ille, nec ullus alius est lapis. et Nullus homo est lapis, neque hic lapis nec ille lapis, nec ullus alius. In propositione vero particulari Negativa quia solum praedicatum negatur, solum etiam praedicatum sumitur distributive. ut Quidam homo non est lapis, scilicet, nec hic lapis nec ille nec ullus alius.

Propositio universalis negativa tam subiectum quam praedicatum supponit distributive.

Particularis solum negat subiectum tantum.

7. Pronunt. Terminus communis sine signo supponit disiunctive.

Septimum pronuntiatum. [multa sub disiunctione] Disiunctive supponit terminus Communis nullo signo nec universali nec particulari affectus, non enim est ulla ratio cur ad maiorem suppositionem trahatur cum eam non indicet ullo signo unde ad minimum supponit disiunctive. Si tamen subintelligatur in termino signum aliquod vel universale vel particulare tunc poterit supponere ratione quidem signi universalis distributive, vel [multa et particularia] collective Ratione vero signi particularis supponet disiunctive ut in hac propositione quidam homo currit.

Quid si subintelligatur signum.

Hinc est in omni propositione affirmativa tam universali quam particulari praedicatum supponere disiunctive dummodo sit terminus communis idque ordinarie loquendo quia in tali praedicato implicite continetur signum particulare quod est disiunctivum v.c. Omnis homo est animal, quidam homo est animal praedicatum animal supponit disiunctive pro hoc vel illo animali ac si diceret homo est quoddam animal.

Omnis homo est animal, et quidam homo est animal. Homo est quoddam animal.

Sectio sexta de Statu ampliatione et distractione.

Terminus non solum supponit pro re aliqua, sed etiam prout in aliquo tempore.

Aliae ex affectionibus terminorum sunt Status, ampliatio, et distractio. terminus enim non solum supponit pro re aliqua sed etiam supponit pro re prout in aliquo tempore existit. Vel ergo supponit

pro eodem tantum tempore denotatum per verbum principale in propo- Supp. pro tpe et dr hre statum.
-sitione, et tunc dicitur habere statum ut cum dico. qui sedet loquitur, termi
nus qui sedet supponit pro tempore praesenti, pro quo etiam supponit verbum prin-
cipale loquitur. Vel supponit pro eodem tempore et pro alio etiam et Vel p eodem tpe et p alio
tunc dicitur ampliari, eo quod ultra tempus designatum à verbo extendatur dicitur ampliari.
etiam ad aliud ut Petrus sanavit multos aegrotos. terminus Petrus am-
pliatur ad tempus praeteritum, denotatum à verbo sanavit, et ad tem-
pus praesens cum sensus est Petrus qui est vel fuit, sanavit. Vel denique Vel p diverso tpe dr distrahi.
supponit solum pro diverso tempore ab eo quod denotatur per verbum, et tunc
dicitur distrahi quasi ad aliud tempus quam quod à verbo denotatur trahatur
ut dormiens vigilabit, hoc est, qui est vel erat dormiens, vigilabit

Terminus igitur tunc habet suum statum quando non ampliatur, nec distrahi- Terminus quando habet suum statum quando nec ampliatur nec
tur; tunc vero ampliatur cum extenditur ad tempus tum denotatum à verbo quam distrahitur. Quando ampliatur.
non denotatum; tunc demum distrahitur cum non supponit pro eodem tempore Quando distrahitur.
pro quo supponit verbum principale.

Sectio septima de regulis ampliationis et de eius divisione.

Terminus ut dixi tunc ampliatur cum extenditur ad tempus tum deno- Terminus p ampliari ad 4 tpa
tatum à verbo, quam non denotatum. Quatuor vero tempora statuunt Logici
ad quae terminus potest ampliari. Praesens. Praeteritum. Futurum, possibi-
le, de quibus traduntur hae regulae.

1 Regula.

Prima regula. Verba praeteriti temporis ampliant sua subiecta ad Verba praeteriti temporis ampliant sua subiecta ad praesens et praeteritum.
praesens et praeteritum ut Senex fuit puer, id est, Senex qui est et fuit. Ari-
stoteles audivit Platonem id est. Aristoteles qui est vel fuit. etc.

2

Secunda. Verba quae sonant desitionem rei vel actionem per quam desi- Verba sonantia desitionem rei ampliant terminos ad praesens et praeteritum.
nit res ampliant terminos quibus tribuunt suam sonationem ad praesens
et praeteritum: ut destruo domum, id est domum quae est vel erat, comburo ligna
id est quae sunt vel erant. murus corruit. id est qui est vel erat etc.

3

Tertia. Termini qui sonant prioritatem ampliant praecedentes terminos Termini sonantes prioritatem praecedentes ampliant terminos ad praesens et praeteritum; subsequentes ad praesens et futurum.
ad praesens et praeteritum: subsequentes ad praesens et futurum ut Petrus
est prior Adamo hoc est, Petrus qui est vel erat. est prior Adamo qui est vel erit

Ad tempus praesens et futurum ampliant primo verba futuri temporis ut Ignis
exuret, id est, ignis qui est vel erit. Iuvenis senescet. id est qui est vel erit. Petrus
curret id est. qui est vel erit

Secundo verba quae sonant inceptionem vel actionem per quam res incipit Verba sonantia inceptionem ampliant terminos ad praesens et futurum.
esse, ampliant terminos quibus tribuunt suam sonationem ad praesens et futurum
ut Pluvia incipit id est, pluvia quae est vel erit. Domus aedificabitur, quae est vel erit

Verba significantia posterioritatem ampliant terminos praecedentes ad praesens vel futurum; sequentes ad praesens vel praeteritum.

Sexto Verba significantia posterioritatem, ampliant praecedentes terminos ad praesens vel futurum, sequentes ad praesens vel praeteritum ut Antichristus est posterior Petro. id est Antichristus qui est vel qui erit est posterior Petro qui est vel qui erat.

Ad praesens ampliant praedicata ad praesens praeteritum et futurum.

Octava. Ad praesens praeteritum et futurum ampliatur terminus in his et similibus propositionibus. Natus morietur id est qui est vel qui erat vel qui erit natus. Bonus filius amabit patrem. Bonus discipulus respectet lectionem id est qui est vel erat, vel qui erit etc.

Praedicata necessaria ampliant sua subiecta ad praesens praeteritum futurum et possibile.
Item praedicata habentia verbum potest vel possibile.
Item praedicata negativa

Quinta. Ad praesens, praeteritum, futurum, et possibile ampliant sua subiecta omnia praedicata necessaria ut Omnis homo est rationalis id est homo qui est, vel qui erat, vel qui erit, vel qui potest esse est rationalis. Secundo Praedicata includentia verbum potest vel possibile etc. Homo potest currere id est qui est vel qui erat, vel qui erit vel qui potest esse, potest currere. Tertio. Praedicata negativa ut quidam homo non sedet, id est, vel qui est, vel qui erat, vel qui erit vel qui potest esse non sedet.

Ampliatio alia est temporum tantum.
Alia temporum et suppositorum

Porro Ampliatio alia est temporum tantum non suppositorum, talis est in terminis singularibus. ut Petrus curret, id est, idem Petrus qui nunc est et qui erit curret; quaedam est temporum, et suppositorum; talis est in terminis substantivis communibus. ut Turcae profligabuntur est ampliatio ad Turcas praesentes, et futuros. Similiter in hac propositione sapientes bene gubernabunt Rempublicam est sensus, hi qui nunc sunt, et hi qui postea erunt sapientes etc. Denique

Alia temporum et formarum non subiectorum.

quaedam est temporum, et formarum non subiectorum ut Calidum exuret, id est idem subiectum quod nunc est calidum vel quod erit calidum exuret. Ubi non solum est ampliatio ad tempus praesens et futurum sed etiam ad formas seu ad duos calores distinctos praesentem, et futurum.

Terminus amplus licet se ad non amplum habet ut superior ad inferiorem.

Terminus amplus habet se ad non amplum ut superior ad inferiorem unde est modus argumentandi in utrisque terminis valet enim homo qui est potest disputare ergo homo potest disputare. Homo non potest esse lapis. ergo homo qui est non potest esse lapis etc.

Sectio octava de restrictione alienatione, diminutione et appellatione

Reliquae terminorum affectiones sunt hae enumeratae in sectione agemus breviter de singulis.

Restrictio est contractio suppositionis termini.

Restrictio ergo est contractio suppositionis termini ut non supponat pro omnibus suis significatis quod fit propter aliquam vocem adiunctam restringentem ut Equus Turcicus velociter currit. hic per vocem turcicus equus restringitur, ad supponendum pro equis Turcicis tantum, et similia.

Species quaedam restrictionis sunt Alienatio, Diminutio, Appellatio. — *Restrictionis species*

Alienatio est restrictio termini a suo proprio significato ad improprium ut Duo leones picti sunt in foro. hic leo restringitur ad supponendum pro leonibus tantum pictis. — *1 Alienatio. Est termini restrictio a proprio ad improprium sensum.*

Diminutio est restrictio termini in suo proprio significato ut non integre sicut ut Aethiops est albus secundum dentes. restringo terminum albus ut supponat tantum pro una parte corporis neque pro dentibus. — *2 Diminutio. Est termini restrictio in proprio statu sed non integro.*

Appellatio est denominatio unius termini ab alio et ob denominationem restrictio ut Petrus est egregius Logicus. vox egregius denominat Logicum et restringit ad egregios tantum. — *3 Appellatio. Est termini restrictio ob denominationem.*

Est autem in appellatione, terminus appellans qui tribuit suam significationem alteri (tales termini sunt connotativi, significant enim formam ut adiacentem alteri ut doctus egregius magnus etc.) Et terminus appellatus qui recipit significationem termini appellantis. Tales termini sunt absoluti vel per modum absolutorum etc. Si dicam Petrus est magnus Logicus terminus, Magnus, est appellans, terminus autem Logicus est appellatus. — *In appellatione sunt termini 2: Terminus appellans et Terminus appellatus. Petrus est magnus logicus: Ille logicus est appellans, magnus logicus appellatus.*

Appellatio autem est duplex una Formalis, altera Materialis. — *Appellatio est duplex*

Formalis est qua terminus appellans tribuit suam significationem termino appellato formaliter accepto ut Petrus est magnus Logicus. Magnus, tribuit suam significationem, termino Logicus formaliter accepto quatenus Logicus est non quatenus homo unde sensus est Petrus est magnus in Logica. — *Formalis. Ut Petrus est magnus logicus id est in logica*

Appellatio Materialis est qua terminus appellans tribuit suam significationem termino appellato materialiter accepto ut Iste Logicus est magnus, Magnus, tribuit suam significationem termino Logicus non formaliter accepto, quatenus Logicus est, sed materialiter quatenus homo est. Unde sensus est, iste homo qui Logicus est magnus non in Logica sed in corpore. — *Materialis. Petrus est magnus logicus qui logicus est in corpore.*

Ad cognoscendas appellationes assignari possunt quatuor regulae. — *Ad cognoscendas appellationes sunt 4 regulae*

1 Prima Qui terminus appellans praedicatur de appellato appellat illum materialiter ut Hic Logicus est magnus. Qui vero illi iungitur sine praedicatione appellat illum formaliter ut Iste est magnus Logicus.

2 Secunda regula Terminus appellans antepositus immediate termino appellato appellat illum formaliter ut Petrus est bonus Citaredus.

3 Tercia. Terminus appellans postpositus termino appellato appellat illum materialiter ut Hic Citaredus est bonus. Petrus est Citaredus bonus.

4 Quarta Verba cognoscendi vel appetendi appellant terminos formaliter ut video veritatem, appeto dulce, Lege Porphyr: lib: 8. cap: ultimo

Hactenus de digressione.

CONDITIONES syllogismorum ex parte formæ.

His positis de affectionibus terminorũ agemus iã de conditionibus syllogismorũ ex parte formæ. quæ scilicet conditiones requirũtur ut syllogismus sit in forma, ut melius caveamus sophisticos syllogismos. Plerumque enim incidunt syllogismi qui videntur habere formã boni syllogismi in bona figura et bono mõ, revera tñ sunt falsi.

Sectio Prima de Prima Conditiõe.

Prima Conditio ut syllogismus sit in forma debent eius termini servare eãdẽ suppositionẽ ãpliationẽ restrictionẽ et reliquas affectiones terminorũ de quibus in digressiõe egimus. Quare syllogismus cuius termini hæc nõ servãt nõ ẽ in forma. ut. si idẽ medius terminus in maiori pro una re supponat in minori pro alia. vel si maius extremũ in maiori aliter supponat quã in Conclõe. Similiter si minus extremũ &c. syllogismus talis nõ ẽ in forma Rõ huius ẽ quia hĩt quatuor terminos licet enim idẽ terminus videatur esse in utraque propositiõe quoad vocẽ nõ tñ idẽ ẽ quoad rẽ scatum et suppositionẽ Huius Conditionis defectu hi syllogismi sunt vitiosi. Oĩs equus cuiusdã hõĩs ẽ rufus. Bucephalus ẽ equus cuiusdã hõĩs Ergo Bucephalus ẽ rufus. Terminus cuiusdã hõĩs supponit in maiori determinate pro quodã hõĩe nẽpe Petro in minori supponit etiã determinate pro alio hõĩe scilicet Alexãdro Et qui dicit te ẽẽ aĩal dicit verũ qui dicit te ẽẽ asinũ dicit te ẽẽ aĩal Ergo qui dicit te ẽẽ asinũ dicit verũ In hoc syllogismo terminus aĩal nõ eodẽ modo supponit nã in maiori supponit determinate pro quodã aĩali determinato scilicet rationali in minori vero supponit determinate pro alio quodã aĩali scilicet irrationali. Et nullũ dexterũ ẽ sinistrũ cuiuslibet hõĩs manus ẽ dextra Ergo nullius hõĩs manus ẽ sinistra, hic minus extremũ nempe manus in minori supponit determinate pro quadã manu nõ pro oĩ. in Conclõe vero supponit distributive pro oĩ. Et oẽs planetæ sunt septẽ sol et luna sunt planetæ Ergo sol et luna sunt septem. Medius terminus

in maiori supponit collectivae in minori distributivae. Et nullū aīal
dormiens vigilat. oīs hō ē aīal dormiens Ergo nullus hō vigilat. hic
terminus dormiēs in maiori habet statū et supponit pro tpē praesēti
in minori vō ampliatur ad quatuor tpa praesens praeteritū, futurū
possibile. Et qui benè dormit nō peccat. qui egregiè bibit benè dor:
mit Ergo qui egregiè bibit nō peccat: hic terminus dormit in ma:
iori habet statū, supponit enim pro iis qui dormit in tpē praesenti
in minori vō ampliatur ad eos qui dormient et possunt dormire et
ita ad tempus futurū et possibile. Et quicunq nō peccat ē in grā
sed Antichristus nō peccat. ergo Antichristus ē in grā Dei, hic medi9
terminus ē nō peccat, in maiori supponit pro existētibus tātū, in minori
vō ampliatur ad existētes et nō existētes. Et. Oē mortuū ē nō ens
nullus hō ē nō ens. Ergo nullus hō ē mortuus. hic terminus hō in mi:
nori supponit pro existentibus, in conclōe ampliatur ad existētes et nō exi:
stētes. Et Oē Individuū praedicatur de multis Socrates ē individuū
Ergo Socrates praedicatur de multis. hic medius terminus in maio:
ri supponit materialr pro seipso, in minori vō supponit formalr pro
rebus significatis. Et nullū dulce visu percipitur. quoddā albū
est dulce Ergo quoddā albū nō percipitur visu. hic terminus extre:
mū albū in minori supponit pro albo, in sensu diviso, idē ē, pro re
quae ē alba, in conclōe vō supponit pro albo in sensu cōposito
idē pro albo quatenus albū ē.

Dices Medius terminus in prima figura nūquā supponit eodē mō
nam in maiori propositiōe supponit distributivè in minori disiun:
ctivè Ergo nūquā in prima figura syllogismus ē in bona forma.
Rx. suppositio distributiva et disiunctiva nō diversificat terminos
ac proinde nō facit in syllogismo quatuor terminos Rō ē quia pro
eadē re supponit terminus distributivè et disiunctivè acceptus
licet nō eodē mō. Nā terminus acceptus distributivè supponit pro
singulis determinate, acceptus vō disiunctivè supponit pro sin:
gulis indeterminate et sub disiunctiōe. Quare etiā si in medio
termino primae figurae mutetur suppō distributiva in disiunctivā
tn ex ista mutatiōe suppositionis nō diversificatur medius ter:
minus nec fiunt quatuor termini in syllogismo

Sectio secunda de quibusdam documentis spectātibus ad pri:
mam conditionem.

7.l.6.c.20 Huc revocari possunt duo egregia documenta quae de suppositione terminorum in syllogismo dantur a recentioribus. Primum est de Medio Termino. Medius terminus in altera saltem praemissarum complete debet distribui id est debet accipi pro omni re pro qua potest accipi. Huius defectu syllogismus in prima figura ex maiore existente particulari nihil concludit, quia nec in maiori nec in minori medius terminus distribuitur ut Quoddam animal est equus. Omnis homo est animal Ergo quidam homo est equus. Eadem de causa non concludit syllogismus ex puris particularibus ut Quoddam animal est equus, quidam homo est animal. Ergo quidam homo est equus. Ratio huius est quia si praedicatum non iungitur toti subiecto sequitur etiam ut non possit iungi iis, quibus iungitur subiectum nec omnibus nec aliquibus necessario. ut si equus non iungitur omnibus contentis sub animali, nec iungetur iis quibus iungitur animal, nec omnibus nec aliquibus necessario, et ita non iungetur homini ut patet in exemplis traditis.

Defectu praedictae conditionis vitiosus est hic syllogismus Tantum animal est quadrupes. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est quadrupes. Animal enim nec in maiori nec in minori distribuitur quia sensus est quoddam tantum animal est quadrupes. Adde quod est duplex medius terminus nam in maiori est animal cum particula exclusiva tantum in minori vero est animal sine exclusione. Item praedictae conditionis defectu: hic syllogismus non valet Omne animal fuit in arca Noe tu es animal Ergo tu fuisti in arca Noe. quia videlicet animal in maiori non distribuitur pro omnibus et singulis suis inferioribus complete, sed tantum pro generibus singulorum incomplete. Similiter hic syllogismus Omnis essentia divina est Pater Filius est essentia divina Ergo filius est pater. hic essentia divina non supponit pro omni re quae est essentia divina, sic enim est falsa, non enim omnis res quae est essentia divina est pater ut patet de filio et spiritu sancto, sed tantum supponit pro essentia ut est communis tribus personis. In his enim syllogismis maior ita se fere habet ac si esset particularis quia vere subiectum non sumitur universaliter uti sumi deberet. Unde sicut in prima figura ex maiori existente particulari nihil sequitur ita etiam ex istis syllogismis nihil sequitur.

In prima igitur figura distribuitur semper medius terminus propter universalitatem maioris propositionis. in secunda figura distribuitur propter negationem praefixam quae habet vim distribuendi in tertia figura distribuitur propter universalitatem maioris vel minoris proposi-

Ex quo patet syllogismos praedictos nō eē in forma quia in oī
figura medius terminus distribuitur in aliqua praemissarū
Item praedicta cōditiōis defectu in scd̄a figura ex puris affir:
mativis nihil sequitur qa mediū in neutra praemissarū distribuitur
ut oīs hō ē aīal, oīs equus ē aīal ergo oīs equus ē hō.
Secundum documētū est de maiori et minori extremo et tale ē Nul:
lus terminus q nō fuit distributus in praemissis debet distribui in cō:
clōe Ratio ē qa nō plus debet inferri in conclōe quā accipiebatur
in praemissis, sed in praemissis termini accipiebātur nō distributi
ergo in cōclōe nō possunt inferri termini distributi. Unde ē illud
Logicorū pronūciatū A termino nō distributo ad distributū nō va:
let argumētatio.
Hoc documētū laetē patet nā propterea nec in Darapti nec in
Felapton nec in Bamalipton nec in Fapesmo ex praemissis universalibꝫ
potest inferri universalis cōclo quia subiectū cōclusiōis distribueretr
quod nō fuit distributū in praemissis. Propter eādē causā in Primā
et tertia figura minore existēte negativa nihil sequitur qa ēēt
argumētatio ā minori extremo nō distributo ad distributū.
Praedictae cōditiōis defectu sunt vitiosi hi syllogismi Planetae sūt
septem sol et luna nō sunt septē Ergo sol et luna nō sunt planetae
Hic maius extremū Planeta in maiori supponit collective et ideo nō
distribuitur in Conclōe aut supponit distributivē et distribuitur
Item nulla manus ē caput in oī hoīe ē manus ergo in nullo hoīe ē
caput hic ē argumētatio ā termino distributo ad distributū, nā
minus extremū nō ē illud in oī hoīe sed Ens seu existens in oī hoīe
obliqui enim nō sunt termini Categorematici nisi subintelligatur
Categorematicū Itaqꝫ minor propositio sic exponitur, quoddā existēs
in oī hoīe ē manus debet inferri ergo quoddā existēs in oī hoīe nō ē caput
nō vō in nullo hoīe ē caput. Item Oē rationale ē aīal, tātū hō ē ra:
tionalis. Ergo tātū hō ē aīal. hic aīal in cōclusiōe distribuitur propter
negatiōnē exclusivae propositionis, in maiori vō nō distribuebatr Adde quod
hic syllogismus ē in prima figura et hēt minorē negativā illa eīn propositio
exclusiva tātū hō ē rōnalis est negativa, sic enim resolvitur - hō
est rōnalis et nihil aliud ab hoīe ē rōnale seu nihil nisi hō ē rōnale
Defectu aliarū proprietatū terminorū est vitiosus hic syllogismus

Ista vestis ē pannus, sartor facit istā vestē ergo sartor facit pann
hic mutatur appellatio nā vestis in maiori appellatur materialr in minori formalr. Adde quod ē permixtio terminorū de quadā infra in quarta cōditione. Et ex his habebit iudiciū ferre de defectibus aliorū syllogismorū in quibus nō servatur proprietates terminorū

Sectio Tertia de secunda Conditione.

Secunda Conditio ut syllogismus sit in forma eius conditio est termini in conclusione legittime debent inferri. Tunc aūt nō legittime inferuntur cū aliter inferūtur quā accipiebātur in praemissis. ut quidā hō videt asinū oīs hō videt lunā ergo luna videt asinū. hic enim minus extremū nō legittime infertur nā in praemissis erat, videt lunā, in conclusione vero infertur, luna, debet ergo ita inferri Ergo quoddā videns lunā videt asinū. Item Iste canis ē tuus, iste canis ē pater ergo ē pr tuus. hic conclusio nō legittime infertur tum quia mediū, id ē iste canis, ingreditur conclusionē loco subiecti. tū quia utrumque extremū praedicatur in conclusione. legittima ergo conclusio erit Ergo quoddā quod ē pr ē tuū. Item In hac domo ē asinus, in hac domo ē hō, ergo hō ē asinus, conclusio nō legittime infertur inferenda enim erat. ergo alicubi ubi ē hō ē asinus

Sectio Quarta de Tertia Cōditione

Tertia cōditio ut syllogismus indefinitus sit in forma debet reduci ad definitū. Dicitur aūt syllogismus indefinitus qui cōstat ex propositionibus indefinitis id ē nō notatis signo universali vel particulari. Ratio ē, tū quia syllogismus indefinitus nō ē in ullo modo nā in oī modo ē dispositio propositionū secūdū quātitatē, at in syllogismo indefinito propositiones nō sunt dispositae secūdū quātitatē tū quia propositiones indefinitae ipsae per se aequivalēt particularibus ergo et syllogismus indefinitus aequivalet syllogismo ex puris particularibus at syllogismus ex puris particularibus nō ē in forma ergo nec indefinitus.

Quare hic syllogismus ē malus bipes ē passer, hō ē bipes ergo hō ē passer. Si tn reducatur ad aliquē modū poterit aliqd valere id ē.

valere id est si propositionibus praefigantur signa universalia vel particularia ex signis enim apparet quantum syllogismus valeat. Unde praedictus syllogismus est valus, quia si praefigas signa propositionibus apparebit esse in nullo 3ae figurae ut quoddam bipes est passer. Omnis homo est bipes. Ergo quidam homo est passer. Hic non syllogismus cum sit in prima figura, maiori existente particulari nihil concludit. Hic autem syllogismus, homo est risibilis, rationale est homo, ergo rationale est risibile, licet indefinitus, est tamen bonus quia potest reduci ad Barbara praefixis signis universalibus omnis. ut Omnis homo est risibilis. omne rationale est homo. Ergo omne rationale est risibile.

SECTIO QUINTA
De Quarta Conditione.

Quarta conditio ut syllogismus sit in forma eius termini non debent inter se permisceri, id est, non debet aliquid pertinens ad unum terminum coniungi alteri termino. Ratio est, tum quia termini in syllogismo debent esse distincti, at si permisceantur, non erunt omnino distincti, tum quia in tali syllogismo erunt quatuor termini. Ut apparet in his syllogismis. Omne secundum immediate sequitur primum. Omne tertium immediate sequitur secundum. Ergo omne tertium mediate sequitur primum. Hic termini sunt permixti nam ex maiori extremo accipitur illa vox immediate sequitur et confunditur cum medio termino, et sunt etiam quatuor termini nam medius terminus non est idem in maiori et minori propositione, in maiori enim medius terminus est secundum, in minori autem sequitur immediate secundum, atque ita sunt duo medij termini. Et Nulla anas est maior ansere. omnis homo est maior anate. Ergo nullus homo est maior ansere. Hic sunt duo medij termini, anas et maior anate. Et nullus nummus valet grossum. Omnis aureus valet nummum. Ergo nullus aureus valet grossum. Hic in maiori medius terminus est nummus in minori vero valet nummum. Et omnis homo differt ab asino. quoddam quadrupes non differt ab asino. Ergo quoddam quadrupes non differt ab homine. Hic illa particula non differt spectans ad medium terminum iungitur in conclusione maiori extremo, et facit quartum terminum. Nota non omnem permixtionem terminorum tollere formam syllogisticam sed illa tantum quae inducit in syllogismum quatuor terminos. Tunc autem fiunt quatuor termini quorum unus et idem terminus in una appositione est mixtus, in altera vero est permixtus cum altero, ut Omnes cati vescuntur muribus. quidam homines vescuntur catis. Ergo quidam homines vescuntur muribus. Hic medius terminus in maiori est impermixtus, in minori vero est permixtus, ac proinde non est idem terminus in utraque appositione. Quoniam vero termini in utraque appositione sunt permixti tunc syllogismus est in forma et termini sunt tantum tres. ut Qui insequitur leporem insequitur feram. Canis insequitur leporem ergo canis insequitur feram. minus et maius extremum sunt utrobique permixti et eodem modo accipiuntur. Et Entimemati, Inductioni et exemplo praeter dicta supra initio tertiae partis nihil superest dicendum. Huiusque in hac summula ea omnia tradidimus quae Aristoteles in sua Logica latius persequitur. Nunc superest quaedam huic tractatui addere quae dialectici post Aristotelem eius Logicae addiderunt. Haec autem sunt expositiones quarundam enuntiationum, quae obscurae sunt et declaratione indigent.

DE EXPOSITIONE QUARUNDAM obscurarum Enuntiationum.

Hae sunt inter exponibiles, Exclusivae, Exceptivae, Reduplicativae, reliquae enim in Philosophia suis locis commodius exponentur.

SECTIO PRIMA.

De Exclusiuis Enuntiationibus.

Exclusiuae Enūciatiōēs sūt illae quae cōstāt signo aliquo exclusiuo quália sūt. Tantū, Solū, Dūtaxat, et his similia ut si dicas Tātū hō ē aīal, solus hō ē rōnis particeps. vt aūt hae Enūciatiōēs exponātur, obseruādū ē signū exclusionis, an sitt ꝑ teneat ex parte prædicati vel subiecti, vel copulae, et totius propositiōis, neqȝ n̄ in oībȝ his modis eādē habent interpretationē, sed diuersā quae his regulis utcūqȝ cōp̄rehēdi potest.

Iª REGVLA. Si nulla sit in Exclusiua Enūtiatiōē negatio, ut sola virtus expers sepulchri ē, sic exponetur, sola virtus expers sepulchri est, et nihil quod virtus nō est expers sepulchri ē. 2ª Si negatio præfigatur toti Enūciatiōi, ut Nō tātū homo ē intelligēs, sic exponetur. Homo est intelligēs, et aliquid quod nō ē homo ē intelligēs. Cōmuniter sic exponitur nullus hō intelligit, vel aliud ab hōē intelligit. 3ª Si soli verbo et nō signo exclusiuo negatio adiūgatur ut solus amor morbi nō amat medicū, sic exponetur, amor morbi nō amat medicū et quiduis aliud amat medicū. 4ª Si tā signo quā verbo negatio addatur, ut Nō tātū gulae nō ē seruiendū. sic exponatur, gulae nō ē seruiēdū, et cuidā quod nō ē gula nō ē seruiendū. 5ª Si exclusiōis signū adhibeatur voci numerū denotāti ut Quinqȝ. Tria. etc. duplr exponi potest, Uno modo per nomen Plura, altero p nomē, alius ut tātū quatuor sūt elemēta id ē tātū quatuor sūt, et nō plura, vel et nō alia ab his. Verū quia causa regula cōprehēdi nō potest, quō hae Enūciatiōēs quae exclusiuae dicūtur rectè exponātur. Hoc solū nota illud signū exclusiōis nunquam excludere siue à subiecto, siue à prædicato ea quae necessō cū illo, vel ex natā rei, vel aliūde cōiūcta sūt, id quod solēt dicere Dialectici Signū exclusiuū nō excludere cōcomitātia, ut tātū hō logr, hic nō excludo aīal, nec alia quae de hōē prædicātur. Quod intellige nisi differat supposito et signū exclusiōis determinet subiectū ad certū suppositionis modū ratiōē prædicati adiūcti, ut nō cōprehēdat oīa quae sūt sub subiecto. Quod dixerim propter Enūciatiōēs aliquas quae formātur in terminis diuinis ut solus pater generat, solus filius generatur, solus spiritus spiratur, hic enim excluditur, tū essētia diuina, quae tamē ē idem cū tribus psonis, tū persona adinuicē, etsi sit idē reatr cū essa diuina, et nomine vnius psona scīt tū ipsa psonā imediatè tū mediatè quidqd ē idē cū psona, id ē, essām, et ratiōē essāe psonas alias. Sed de hoc alibi.

SECTIO SECVNDA

De Enuntiationibus Exceptiuis.

Exceptiuae Enūciatiōēs illae sūt quae cōstat signo aliquo exceptiuo, ut Præter Præterquā, Nisi. etc. ut oē aīal præter hōēm ē ratiōis expers. Haec signa sēp ferè excipiūt aliquod subiectū à participatiōē prædicati ut oē aīal præter hōēm ē irrationale, quo fit ut terminus exceptus sit inferior termino à quo excipitur et talis terminus à quo fit exceptio distribuatur ut patet in tradito exēplo, nā terminus hō inferior ē aīali à quo excipi

et propter-

et propterea aial distribuitur. Itaq minus propria excipiēda ē exce:
ptio cum illa quo fit exceptio notatur signo particulari. ut Aliqua regio
praeter Italiā ē ferax bonorū ingeniorū, nā exceptiōib vō posceranũ:
datur, ut id à quo fit exceptio, notetur signo universali. Excipere enim ē
partē à toto quē detrahere. Quatuor autem sūt Modi quibus exponitr
exceptiva Enūciatio, et sedm illos quatuor regulae. Prima regula Si signū
et verbū affirmetur ut oē aial praeter hominē ē irrationale exponetur co:
pulative hoc modo. oē aial quod nō ē hō, ē irrationale et nullus hō ē irrationale.
Scda Si solū signū affirmatur ut oē aial praeter hoīem nō ē erectū, tūc
similiter copulativè exponetur. Nullū aial quod nō ē hō ē erectū et ois hōē
erectus Tertia Si signū tātū negetur ut nō oē aial praeter hominē ē
bipes, tūc disiūctive exponetur, hoc nō, Aliquod aial quod nō ē hō nō ē bipes
vel aliquis homo ē bipes. 4a. Si utrūq tā signū quā verbū negetur ut Nō
oē mobilē praeter caelū nō pōt interire tūc quoq disiūctive hoc nō Aliquod
mobile quod nō ē caelū pōt interire, vel aliquod caelū nō pōt interire.
In praedictis Enūciationibus tā exclusivis quā exceptivis Enūciatioēs
illa duae quae exponūt vocātr exponētes. Exposita vō Enūciatio vocatr praeiacēs.

SECTIO TERTIA
DE ENUNTIATIONIBUS REDUPLICATIVIS.

Enūtiatioēs Reduplicativae dicūtr illae quae cōstāt dictiōe aliqua gemina:
ta seu reduplicātē ut quatenus, exaparte. etc ut Hō quatenus hō ē visibilis.
Duobus modis utūtr his signis Dialectici. Uno specificative, altero redu:
plicative. Specificative qdē cū designāt in subiectis rōnem aliquā sedm
quā vel cū qua eis praedicata cōveniūt. ut Socrates quatenus capillos ha:
bet crispus ē, nā crispitudo tribuitur Socrati sedm capillos. Eodē mō su:
mūtr cū reserūtr cōditioēs sine quibus nō, ut Ignis quatenus prope ē cale:
facit, et sub hac forma nō egēt alia expositioē propositioēs specificativae
nisi ut clariori vocabulo aperiatur illa restrictio quae supervenit ter:
mino p appositionē signi reduplicativi, hō in quātū hō ē species idest
cōmuniter sūptus. Reduplicative aūt tūc sumūtr hae signa cū designāt
aliqd quod subiecto cōvenit ē causā praedicati ut hō quatenus ē ra
tionalis ē visibilis. Et hae Enūciatioēs exponūtr facilius una Enūcia:
tioē exponente causali. ut apparet ex his regulis.

1a Si signū reduplicativū et verbū affirmetur ut hō quatenus ra:
tionalis ē, disciplinae capax ē. sic exponetur, hō qr rationalis ē, disciplina
capax ē. 2a Si solū signū affirmetur ut hō quatenus hō ē, rōnis expers ē.
sic exponetur, homo quia homo ē, nō est rationis expers. 3a.
Si solū signū negetur, ut hō nō quatenus hō ē Grāmaticus ē, sic exponetr
Hō nō quatenus hō ē grāmaticus ē. 4a. Si signū et verbū negetur
ut hō, nō quatenus homo ē, nō ē Grāmaticus. sic exponetur. Hō nō qr hō
ē Grāmaticus nō ē. Hactenus de tota Sumula
ad laudē et gloriā omnipotētis Dei. Pris et Filii et Sptūs S.

IN UNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM COMMENTARIJ CUM QUAESTIONIBUS

IN: UNIVER
SAM: ARISTOTE:
LIS: LOGICAM:
COMMENTA:
RIJ: CUM: QUAE:
STIONI:
BUS.

TRADITI A REVERENDO PA
TRE IACOBO ORTIZIO PRO.
FESSORE ORDINARIO SOCIETA
TIS IESU. ANNO A PAR.
TU VIRGINIS 1596.

NICOLA. PROSSOW[illegible]
Topolcz[illegible] et calamo excepit.

I

PROEMIUM

Disserendi doctrina, quã Philosophi Logicã appellarunt, est sci- *Quid sit Logica*
entia dirigens operatiões intellectus nostri ut rectè et sincè-
rorè in veri cognitioẽ exerceantur, id quod ex ipso noĩe Logicæ
patet, dr enim Logica, id ẽ rationalis scientia. Rationalis aũt *Quare dr rationalis.*
dicitur, nõ tã ex eo, quod in rõne id ẽ in intellectu tãquã in subiecto,
inhæreat, licet hoc etiã ei cõpetat, quã ex eo, quod circa rõnem,
seu circa mentis nræ operationes dirigendas versetur. Itaqꝫ Logi- *In quo cõvenit cũ aliis sciẽtiis*
ca in hoc quod ẽ scientia cõvenit cũ aliis scientiis, in eo vò quod ẽ
talis scientia, hoc ẽ, quod ẽ dirigens operationes intellectus, differt *In quo differt ab aliis.*
ab aliis, eæ enim vel res ipsas cõsiderãt, nõ vò ullas operationes
vel certè cõsiderant alias operatiões humanas.
Quod ut rectius intelligas. Nota, Scientias ẽẽ duplicis gnis, quas- *Scientiarũ duplex genus*
dã quæ versãtur circa res ipsas; quasdã quæ circa operatiões
humanas. Quæ circa res versãtur sunt tres. Metaphysica. Physi- *Circa res sunt tres*
ca. Mathematica. Metaphysica circa res spirituales ut Deũ *Metaphysica circa qd*
et intelligẽtias. Physica circa res corporeas ut Cœlũ. Elemẽta *Physica circa qd*
Mixta. Mathematica circa quãtitatem. Scientiæ vò quæ ver- *Mathematica circa qd.*
santur circa operatiões humanas sunt variæ, prout variæ sunt ipsæ *quæ circa operatiões versãtur sunt variæ.*
humanæ operationes. hæ enim aliæ sunt Externæ aliæ Internæ.
Externæ aliæ immanẽtes, id ẽ, quæ manent in ipso operãte ut Lo- *Externæ operatiões aliæ immanẽtes*
cutio. Cantatiõ, Disputatiõ. Saltatiõ. etc. aliæ transeũtes quæ nõ ma- *aliæ transeũtes*
nent in ipso operãte sed ab eo transeunt in Materiã externã ut Pin-
gere, Sculpere, ædificare. etc. Operatiões internæ sunt etiã dupli- *Internæ aliæ volũtatis*
ces aliæ enim sunt volũtatis ut Volitio. Nolitio. aliæ intellectus *aliæ Intellectus.*
ut Intellectiõ.
Ad oẽs has operatiões dirigẽdas inventæ sunt variæ scientiæ:
nã ad operationes externas transeũtes, inventæ sunt scientiæ Me- *Ad externas trãseũtes inventæ sunt artes Mechanicæ*
chanicæ, ut ars pingendi, fabrilis etc. Ad operatiões externas imma-
nentes, inventæ sunt aliæ scientiæ. ut Musica ad cãtũ. Rhetorica ad *Externas immanẽtes etc.*
sermonẽ. Ad operatiões internas volũtatis. (quæ oẽs sunt imma-
nentes) dirigendas inventæ sunt scientiæ morales Ethica. Politica Econo- *Ad Internas Volũtatis Morales.*
mica. Deniqꝫ ad operatiões intellectus, inventa ẽ (quæ etiã oẽs sunt
immanẽtes dirigẽndas) Logica. Dirigit aũt Logica operatiões in-
tellectus, cũ instruẽdo certis quibusdã regulis ac præceptis cir- *Quomodo Logica dirigit operationes.*
ca apprehensionẽ. Enũciatiõnẽ et Argumentatiõnẽ, docẽdo quæ *dando regulas et præcep.*
sit natura cuiusqꝫ operatiõis, quæ proprietates, quæ cõditiones. *docendo quæ sit natura cuiusqꝫ operationis*
Deniqꝫ et qui errores circa unãquãqꝫ operatiõnẽ cõtingant. Vñ *qui errores cõtingant*
cõstat solã Logicã cõsiderare operationes intellectus quatenus

1 Obiectū in qualibet scientia

dirigibiles sunt. Ex his colligitur primo obiectū Logicae. Obiectū enim in qualibet scientia, illud circa quod proximè et immediatè illa scientia versatur. Cū igr Logica proximè et immediatè versetr circa operatiōes intellectus nri dirigēdas, sequitur obiectū Logicae esse ipsas operatiōes intellectus quatenus dirigibiles sunt.

Obiectum Logicae ipsae operatiōes intellectus.

2 Finis in speculativis ipsa cognitio obiecti. In practicis ē perfectio obiecti.

Physicae finis quis

Logica ē quodāmodo practica

Scdo Finis Logicae. Licet enim in speculativis scientiis finis sit ipsa cognitio obiecti, in practicis tn finis nō ē cognitio, sed perfectio ipsius obiecti. v.c. finis artis lignariae nō ē cognitio ligni sed perfectio. Physicae vō finis, ē nuda cognitio corporū naturaliū. Cū igr Logica sit quodāmodo practica ex eo quod dirigit operatiōes mtis sicut et aliae scientiae practicae sequitur ut finis Logicae nō sit alius, quā perfectio operatiōnū intellectus, cuiusq3 finis gra, inventa ē et instituta Logica.

Logicae qs finis

3 Officiū in qualibet scientia

4. Officiū Logicae quod.

Tertiò Officiū Logicae. Officiū enim cuiuslibet scientiae ē dare media et instrumenta ad finē illius scientiae cōsequēdū. Cū igr finis Logicae sit perfectio operatiōnū intellectus, sequitr officiū eius eē, dare media et instrumēta quibus operatiōes intellectus nri perfecti possint, ut nō erremus in cognitiōe verū.

4 Necessitas Logicae quae.

Quarto Necessitas Logicae cū enim ea dirigat nos in cognitiōe verū, ē veluti clavis et porta oium scientiarū.

Haec tn oia quae ita in angustū cōtraximus, planius et uberius tradenda sunt atq3 ita pro more instituto q3 recētiorū Philosophorū Logicā explicātiū ponēdae ac dissoluēdae sunt quaestiōes aliquot quae proemiales dicūtur. quibus distincta horū quae breviter de natura Logices tacta sunt explicatio cōtinetur. quae quidē quaestiōes doctrinā cōtinent futurā deinde usui reliquis universae Philosophiae partibus.

DISPVTACIO PROOEMIALIS de Natura Logicae.

Proposita hac disputatiōe in genere et quasi unico aspectu cognita totius Logicae natura ad singulas deinde eius partes persequendas facilius progrediemur.

QVÆSTIO PRIMA.

Quae fuerit Logicae origo et qui eius inuētores.

Logica duplex.

Altā Naturalis

Alta Artificialis de qua hoc loco agimus.

Cum Logica, ut colligitur ex Philosopho primo Elenchorū 11, et 1o Rhet. primo. duplex sit. Altera naturalis quae nihil aliud est quā naturalis vis disserēdi oibq à natura indita. Altera artificialis quae cōstat praeceptis bene disserēdi. Praesens quaestiō sicut et sequētes nō ē de Naturali Logica sed de artificiali, circa cuius originē tria dubitari solent tribus dubitatiōnibus decidēda.

PRIMA DVBITATIO AN LOGICA ~~ANIO~~ ~~~~[illegible]~~~~ initium duxerit à natura an vero ab experientia.

Logica sicut e

Logica sicut et quaevis alia scientia duobus modis acquiri potest ut docet Philosophus 1° Elenchorum: 2°. c. ultimo. Uno modo per doctrinā ab alio eā iā habente accipiendo, altero per inventionē ut fecerunt primi illarū scientiarū inventores. Hic igr̃ nō ē difficultas de Logica per doctrinā acquisita, sed per propriā inventionē habita, loquimur enim de Logica in propriā sui inventiōē. In hoc aūt sensu conveniunt autores ferè oēs Logicā occasionaliter qdē, et inchoativè initiū duxisse à natura, effectivè vō ab intellectu, mediante experientia peculiari tā mō, atqꝫ alias scientias. Pro quo. Nota 1°. Experientiā duplicē eē. Alterā externā alterā internā. Externa ē quae habetur p sensus externos ut. quod ignis cōburat, quod vinū calefaciat ventriculū. &c. Interna est adhuc duplex. Alia quae fit p sēsū internū, ut per imaginationē et haec dr̃ sensitiva interna alia per intellectū et dr̃ intellectiva. Quae rursū est duplex. Alia quae habetur per intellectionē directā, alia quae p reflexā. Ab his variis experientiis initiū duxerunt artes et scientiae oēs, nā per experientiā sensitivā externā inventa ē Physica, Medicina, et artes oēs. Per Experientiam autē sensitivā internā quae fit per imaginationē inventae sunt Mathematicae: imaginati enim primi Mathematici superficiebꝫ quātitates taliter et taliter terminabiles p has et illas lineas. &c. coeperunt investigare principia et passiones talium figurarū. Per Experientiā vō Internā Intellectivā et directā inventa ē Metaphysica cōsiderantes enim primi metaphysici res oēs sub cōmunibus quibusdā cōceptibus Entis. substātiae Accidentis &c coeperunt investigare horū principia causas et passiōes Per Experientiā deniqꝫ internā intellectivā et reflexā inventa ē Logica. Quod ut rectius percipias.

Nota 2°. hoc eē discrimē inter intellectū et sensus praesertim exteriores quod intellectus cū sit potentia immaterialis et universalissima potest se reflectere supra se et suas operatiōēs. Potest enim nō solū alia intelligere sed etiā seipsū et suā intellectionē cū haec cōtineatur sub Ente quod est eius obiectū. Sensus aūt nō potest seipsū percipere neqꝫ suā operationē ut patet experientia et alibi probatur. Cū igr̃ intellectus sit potentia reflexiva habet hoc propriū inter alias potentias cognoscentes quod nō solum cognoscit alia à se, sed etiā reflectens se supra seipsū, cognoscit et se, et suas operationes, modūqꝫ quo in illis procedit. Et ex hac reflexiōē intellectus supra suas operatiōēs, apprehensionē scilicet, cōpositionē, et discursum, oritur experientia per quā inventa ē Logica. Antiqui enim Philosophi primi Logicae inventores, nō cōtenti directa cognitiōē aliarū rerū, sed reflectētes cognitiōnē suā supra proprios actus, et attentè inspicientes discursus, et progressiōēs intellectus diuturna tādē experientia adverterunt multa circa huiusmodi progressus et operatiōēs intellectus eaqꝫ ad certas quasdā regulas redigentes, artificialē Logicā adūbrarūt quā deinde posteri perfecerunt. Et ex his cōstat resolutio dubitationis. quare sit

Logica duobus modis acqui potest.
Per doctrinā ab alio
Per inventionē ut primi
Hic primo modo
Logica occasionaliter à natura ducta.
Effective ab intellectu mediāte experientia.
Duplex Experientia
Altera Externa quae p sēsus externos
Altera Interna duplex
Alia p sēsū internū ut Imaginat:
Alia per intellectū, et dr̃ intellectiva
Intellectiva duplex
Altera quae habetur p intellectionē directā
Altera per reflexā.
Per experi: sensitivā Physica e. sensit: internā Mathematicae
Per Inter: Intellec: directā inventa ē Metaphysica.
Per Inter: intellec: reflexā Logica inventa ē.
Discrimen inter sensus exteriores et Intellectū
Intellectus potest se reflectere supra se.
Sensus nō potest seipsū percipere
Ex reflexiōē intellectus supra suas operatiōēs oritur experientia p quā Logica.

+

ASSERTIO Logica artificialis quāvis occasionatē et inchoativè inventa fuerit à natura perfectivè tñ ē ab intellectu: media experientia: interna intellectiva et reflexa. Prima pars patet, qa oēs homines naturaliter sciunt apprehendere, componere et discurrere, et primi illi Philosophi ante inventā Logicā sola natura duce hoc praestabant. Secunda probatur tū qa oēs habitus intellectuales acquisitus, est ab intellectu effectivè sed Logica est eiusmodi Ergo. tū qa Logica ē de obiecto quod peculiari quadā ratiōe ē ab intellectu nā eius obiectū sunt operationes intellectus quas cōstat esse effectivè ab intellectu, caeterae vero scientiae sunt de obiectis, quae nō fiunt ab intellectu. Tercia patet tū ex Philosopho qui id asserit de oī scientia et arte 1° Metaph: cap. 1 et 2 post. c: ultimo tū qa oīs cognitio ē universaliū, haec aūt nō potest haberi nisi per inductiōnē. Inductio vero secūdū Philosophū aut nō differt aut parū differt ab experientia, tū quia oīs scientia pendet ab iis principiis qbus nititur, oīa aūt principia habentur per experientiā seu inductiōnē 1° Prio: sect: 2. ca: 2. 1° post: 33 et 2 post: 33 ergo et Logica habetur per experientiā. Quarta scilicet quod Logica fuerit inventa per experientiā reflexā, probatur tū ex dictis notatiōē prima, tū quia nō modo curiositas cognoscēdi naturā et operatiōes intellectus nri sed etiā, id quod maxime, errores plurimi qui inter Philosophos sāde obrepebāt adegerunt primos Philosophos ut retorquentes mentis oculos supra proprios actus, inspicerent diligenter modū quē intellectus tenet in rectè investigāda veritate ingrederetque simul causas à qbus errores hi provenirent qua reflexiōē et diuturna animadversiōē deprehensa sunt multa circa discursus et modū rectū procedēdi intellectus nri quae certis regulis et documētis cōprehēsa artificiali Logicae nomen ac initiū dederunt. Et ex his cōstabit etiā resolutio sequentis dubitatiōnis.

> Oīs habitus intellectualis acquisitus ē ab intellectu
>
> Logica ē de obiecto
>
> Caeterae scientiae sunt de obiectis quae ab intellectu nō fiunt
>
> Inductio nō differt ab experientia
>
> Logica inventa ē per experientiā reflexā.

SECUNDA DUBITATIO

An Logica inventa sit ante vel post alias scientias.

R.° breviter, inventa ē post alias scientias in statu imperfecto consideratas: ante illas tñ in statu perfecto acceptas. Prima pars patet, tū qa Logica inventa ē per actus reflexos, et experientiā dictā praecedēti dubitatiōē, at actus reflexi, posteriores sunt quā directi: intellectus enim prius fertur directè in veritatē aliquā, qua inventa reflectit deinde et retorquet suā cognitiōnē in modū illū quē tenuit in eius investigatiōne ut in posterū eūdē teneat, ac errores caveat, ergo saltim imperfectè debuerūt praecedere aliae scientiae ex quibus per

> Imperfectae aliae scientiae praecesserunt.

experientiā re-

3

experientiā reflexā deduci posset ipsa Logica. Tū qa Logi:
ca ē de mō sciendi, at hic deducitur ex scientiis, ergo Logica
ē deducta ab aliis scientiis, ē posterior illis, in statu saltim im:
pfecto cōsideratis. Secunda pars pbatur quia nullā scientiā
habere possumus qn sciamus nos scire, sed p Logicā scimus
nos scire ergo nulla scientia pfecta potuit eē ante Logicā
Conf: qa primi scientiarū inventores, inventa Logica, perfectos
discursus inceperūt facere de obiectis scientiarū quos ante in:
ventā Logicā faciebāt cū erroribus. ergo Logica praecessit
scientias in statu pfecto cōsideratas.

Logica ē de mō sciendi

Logica posterior aliis sci: entiis in statu imperfecto cō: sideratis.

Per Logicā scimus nos scire.

Logica prior aliis scien: tiis in statu pfecto cōside: ratas.

TERCIA dubitatio qs fuerit prim. inventor Logicae.

Stoici (quibus cōsentit Galenus lib: de hist: Philo: ca: 4.) auto-
rē Logicae faciūt Zenonē. Platonici (quibus cōsentit D. Aug:
lib. 3. contra Acade:) Platonē. Peripatetici Aristot: Qui tn̄ nō ne-
gant ante Aristotelē extitisse multos Philosophos, q aliquā co-
gnitionē Logicae habuerint, praeceptaq̃ tradiderint, sed tātū vo-
lunt Aristotelē fuisse primū q illā integrā ac perfectā tra-
didit. unde merito dicēdu eē primū Logicae inventorē.

Stoici Zenonem

Aristoteles primus per- fectā Logicā reddidit.

ASSERTIO quamvis negari nō potest ante Aristotelē fuisse
aliquē Logicae artificialis usū, atq etiā praecepta: simplr tn̄
Aristoteles dicendus ē primus inventor et cōscriptor Logicae
perfectae, et Methodicē traditae. Prima pars patet tū qa ante
Aristotelē fuerūt aliquae artes et scientiae aliquo perfectae
multiq̃ extiterūt doctissimi Philosophi. Plato, Socrates, et alij,
aliqui etiā insignes Medici et Mathematici ut Hippocrates
Euclides et alii. quos cōstat habuisse cognitionē Logicae ut
ex ipsorū libris patet. Tū qa ipse Philoso: 1° Metaph: c. 13. Me-
tema secūda ca: 1 videtur ostēdere Socratē fuisse peritum Lo-
gicae eiq quasi adscribit definiēdi doctrinā. et 8. Met: 6.
laudat definitiōes Archytae Tarentini, itē 1° Pri: 32. et 2 post:
5. divisionē quasi Platonis inventū deprimit, sibi vero soli asscri-
bit syllogismorū inventionē, de qbus nihil oio ab aliis se accepisse
affirmat. lib: 2 Elen: c: ultimo ubi aperte videtur indicare
se saltim reliqua accepisse ab aliis: tū qa Archytas ut refert
Simplicius initio Praedic: cognovisse dr praedicamenta. Plato etiā
ut docet Filoponus in praefatiōe Prio: et Laertius in vita
Platonis multa praecepta Logicae tradidit et perspicuū id ē le-
genti Platonē. De Zenone nō solū scribit Diogenes lib: 7.

Ante Aristotelē multi fu- erunt doctissimi Philosophi.

Insignes Medici et Mathe- matici.

Aristoteles Socrati tri- buit definiendi doctrinā.

Syllogismorū inventi- onē sibi adscribit.

Architas Tarenti:

Plato multa praece- pta Logicae tradidit.

Albertus Magnus de Logica Zenonis. de vitis Philosoph: cū fuisse Logicæ peritissimum: sed etiā Alber:
tus 1° post: ca: 10. tract: 10. c. 2. ait vsqs ad sua tpa peruenisse
partē tantā Logicæ quā cōposuit Zeno Ex quibus oibqs patet, ne:
gari nō posse Logicā aliquā saltem ex parte, ante Aristotelem
nō solū inuētā eē, sed etiā per modū doctrinæ traditā et scriptā
Secunda pars quod inuentio Logicæ ac perfectio sit attribuēda
Aristoteli patet; tū ex eo qa licet de vna aut altera parte Logicæ
aliqd habeamus, extitisse ante Aristo: vt ex dictis patet ex
nulla tā hominum memoria cōstat ante Aristotelē tot de Logica
nullus ante Aristotelē tā multa scripsit de Logica cōscripta fuisse quod ab Arist: nobis relicta sunt, licet vnus vnā
partē, alter alterā ante illū scripserint. Tū qa licet post
Arist: aliqua etiā addita sunt ad eius Logicā (nā Boetius addi:
dit tractationē illā de Syllogismo Hypothetico quā Albertus et
alii inserūt Aristo: Logicæ, et post libros priorū explicant.
Porphirius etiā addidit quinqs Prædicabilia. Gilbertus Porreta:
nus sex principia. Galenus multa alia in duodecim illis libris
quos de demonstratiōe dr scripsisse) tū hæc oīa quæ à prædi:
ctis et aliis interpretibus addita sūt Aristotelis Logicæ, tā paru:
ri momenti sunt vt gloriā hanc Philosopho nō possint adimere, maximè
cū hæc oīa facile ex dictis ab Aristo: deduci potuerint. Adde
etiā multo plura à Philosopho scripta fuisse quæ iniuria tempo:
periere nā si Diogeni in vita Aristo: credimus. is 70 libris Lo:
gicā cōplexus ē, cū tū præter prædicamenta, vndecim ad nos
Logicæ libri peruenerint.

QVÆSTIO SECVNDA.

DE NOMINIBVS LOGICA ET DIALECTICA.

Scientiā hanc disserēdi tā veteres quā recētiores Philosophi va:
riis nominibus appellarūt, ab aliis enim dicta ē Organū iudicādi, ab
aliis Methodus sciēndi, Methodus, Methodus Syllogismorū, Scien:
tia veritatis, index veri ac falsi. ratio disserēdi, disputatrix, di:
sputatoria, Magistra iudicii, Logica, Dialectica. Quæ duo postre:
ma noīa vsurpatiora iā sunt eo quod pleraqs ex prioribus cū cōple:
xa sint, potius definitiōnes, seu descriptiōes, quā noīa, cēsenda sunt.
Peripatetici Has duas partes pro vna accipiunt. Hæc porro duo Noīa licet apud ōēs peripateticos pro vna eadēqs re
accipiātur apud Aristotelē tū nō idē sonāt, nā is noīe Dialecticæ
Apud Aristotelē nō idē sonant. nunquā appellauit vniuersā facultatē Logicalē, sed eā solū partē
quæ Topica vocatur seu quæ ex locis comunibus erit argumenta
quid per noīē Dialecticæ intelligit. ad disputādū probabiliter de oi quæstiōe: nā et Syllogismū Dialecticū

secernit à Syll:

4.

secernit à Syllogismo demonstrativo et sophistico et verbis expres: [Syllogismū dialecticū secernit à demonstrativo et sophistico.]
sis asserit syllogysmū dialecticū nō eē aliū quā q ex probabilibus
ducitur vt patet ex 1° Top: c. 1. Logices vero nōie nūquā usus [Nomine Logicae nūquā usus ē Aristoteles. sed.]
est Aristo: sed solū logicos sermones vel logicas rōnes appellare
in usu habet. Rectè tñ Peripatetici vtriq3 nomen ad totā facul:
tatē disserēdi scandam imposuerunt. Quod et ex ipsa horū nominum
Etimologia constat, nam Dialectica dr disserēdi scīa seu ars à
verbo Greco διαλεγεσθαι quod Latinis ē disserere, hoc ē ex notis
ad ignota procedere, quod praestat hac scīa dirigendo operatioēs intel: [disserere qd sit.]
lectus, et tradendo modū rectè disserēdi. Logica aut dr, quasi
rationalis scīa a verbo Graeco λογος nō vt sonat saltim sermo: [Logica vn dicitur]
nē externū talis Rhetoricae et Gramaticae conveniret Logicae
nomen et Logica eēt scīa pure sermocinalis, qua tn proprie loquēdo
admittēda nō sunt) sed vt sonat rōnem, ita vt dicatur Logica
rōnalis scientia, qa versatur circa rōnem dirigendo rōnis id est in:
tellectus operatiōnes. Itaq3 nō dr rōnalis ex eo solū quod in intelle: [Logica nō dr rationalis et quare, ī quo sensu.]
ctu et rōne sit subiectivè aut ex eo quod à rōne proficiscatur
hac enim convenia sunt oībq alijs scientijs et artibus, sed ex eo quod [quō dr rationalis]
in rationis operationibus dirigēdis versetur, in quo ab alijs oībq scī:
entijs differt. Adde quod cū nullū nos nomen reliqsset Aristoteles
quo tota haec facultas vocaretur, inquirēdū erat aliquod, et nul: [nullū nomen reliquit Aristoteles]
lū convenientius inveniebatur nōie Dialecticos atq3 Logices vt ex
dictis constat. Et licet Aristoteles nūquā appellaverit hanc fa:
cultatē his nominibus nō tn vetuit eā eis appellare.

Plato et Stoici aliter quā Aristo: et nos, usurpant nomen
dialecticae, nā Plato videtur hoc nōie primā Philosophiā seu
Metaphysicā appellasse. vt patet ex Phaedro. sophista. et ex se: [Plato qd vocat nōie Dialecticus.]
ptimo de Repub. Stoici aut vt patet ex Lic: initiō suorū Topi: [Stoici quid.]
corū hoc nomen usurparūt pro ea parte Logicae quae iudicativa
est, quā Peripatetici vocat resolutoriā seu Analiticā queq3 trac
ditur ab Aristo: in lib. prio: et post:

Quoniā in sequētibus frequenter facienda ē mentio de operati:
onibus intellectus quas ponemus obiectū Logicae ideo breviter hic
explicādae sunt.

DIGRESSIO DE OPERATIONIBUS INTELLECTUS NOSTRI.

Multa sunt hac digressiōe explicāda brevibus dubitatiōnibus distin:
guenda

PRIMA DUBITACIO
Quot sint operationes intellectus nostri.

Tres operationes intellectus nostri.

R. Tres. Simplicium apprehensio. Compositio vel divisio. et discursus. Quod ut explicetur Nota Intellectum nostrum tunc dici operari cum rem aliquam cognoscit, nam praeter cognitionem nullam aliam habet operationem. Habet autem se triplici modo in rerum cognitione; aut enim rem nudam apprehendit absque ullo assensu et iudicio: aut rei apprehensae aliquid tribuit affirmando vel negando: aut denique aliquid de re probat inferendo unum ex alio. Hinc tres sumuntur operationes intellectus. Simplicium apprehensio. Compositio vel divisio et discursus.

Intellectus praeter cognitionem nullam aliam habet operationem.

Quod non sint pauciores operationes.

Quod autem non sint plures nec pauciores patet. Et quidem quod non sint pauciores, quia ad perfectam rei cognitionem non sufficit nuda rei apprehensio neque nuda Enunciatio sed requiritur discursus quo probem rem ita se habere ut apprehendi et Enunciavi. v.g. non statim ut apprehendo hominem cognosco perfecte naturam hominis, et ea quae ei insunt, sed prius debeo formare multas Enunciationes de eo v.g. quod sit sentiens risibilis etc. et has Enunciationes adhuc debeo probare et sic demum cognoscam perfecte. Si autem haberemus intellectum ita perspicacem ut Angeli, qui uno eodemque simplici intuitu rem clare et perfecte cognoscunt cum omnibus suis proprietatibus non egeremus nisi unica operatione: at quia habemus intellectum obscurum qui res confuse apprehendit et cognoscit, ita ut ex vi apprehensionis non statim appareat quid sit in re, propterea indigemus pluribus operationibus.

Quod non sint plures quam tres

Quod vero non sint plures, tribus, inde constat, quia ad habendam perfectam cognitionem rei, tres sufficiunt. postquam enim intellectus probaverit rem ita se habere non progreditur ulterius sed quiescit in illa cognitione.

Ordo inter has operationes.

Est autem hic ordo inter has operationes ut prima sit materia secundae secunda tertiae, quare secunda operatio supponit primam, tertia primam et secundam

SECUNDA DUBITACIO.

Quid sit prima operatio intellectus.

Prima operatio intellectus consistit in simplici apprehensione rei, quare ad eam pertinent ea omnia quae possunt simpliciter apprehendi. Simplex autem apprehensio dicitur illa cognitio rei quae fit sine ullo assensu affirmatione vel iudicio intellectus. Possunt vero simpliciter apprehendi non solum res simplices ut Deus, sed etiam res complexae ut Enunciationes et Syllogismi. saepe enim apprehendimus multas Enunciationes et Syllogismos quibus nec assentimur nec credimus, talis autem cognitio non spectat ad secundam operationem quae requirit iudicium et assensum intellectus, pertinet ergo ad primam.

Possunt simpliciter apprehendi res simplices seu complexae.

Obiectio

Dices in prima operatione non debet esse affirmatio vel negatio, in Enunciationibus autem, et Syllogismis, est affirmatio et negatio,

Ergo non pos:

5.

ergo nō pertinet simpliciter ad primā operationē. Rx. Affirmatio vel negatio potest eē duplex, una ex parte obiecti cogniti, alia ex parte intellectus cognoscentis. In prima ergo operatione nō debet esse affirmatio vel negatio ex parte intellectus ut scilicet intellectus faciat illā affirmationē vel negationē, potest tn̄ esse tenens se ex parte obiecti cogniti qa habet ē obiectū quod cognoscitur. Et certè aliud ē facere affirmationē vel negationē, aliud eā cognoscere. in primo enim affirmatio & negatio tenet se ex parte intellectus, in secūdo ex parte obiecti. Intellectus ergo in prima operatione nō facit affirmationē vel negationē, sed potest eā iā factā cognoscere. Omnia igr̄ quæ possunt apprehendi ad duo capita revocātur aut enim sunt incōplexa, quæ una simplici voce explicātur, ut hō, leo, aut cōplexa, quæ pluribus. Complexa sunt duplicia, aut enim cōtinent aliquā affirmationē vel negationē ut sunt Enūciationes, & Syllogismi aut nō cōtinent ut aīal rationale. hō albus, vir sapiens.

Affirmatio vel negatio potest eē duplex una ex parte obiecti cogniti alia ex parte intellectus cognoscentis.

Intellectus in prima operatione nō facit affirmationē vel negationē.

Oīa quæ possunt apprehendi ad duo capita revocātur

Cōplexa duplicia

TERCIA DUBITACIO.

QUID SIT SECŪDA OPERO INTELLECTUS

Intellectus noster nō solū res simplices, simplici quadā ratione apprehendit sed etiā apprehensas diiudicat. Diiudicat aūt conferēdo unā rē alteri, et si quidē insit, attribuendo; si vero nō insit, removendo. Quare rectè à Philosopho secūda opo Cōpositio & divisio dr̄ Cōpositio rone affirmationis, divisio rone negationis. Quia vō tā affirmatio quā negatio conveniunt in hoc quod utraque ē attributio quædā, & coniunctio unius rei cū alta, ideo vō formalis secūdæ operationis cōsistit in coniunctione duorū terminorū, ita tn̄ ut illa compo fiat cū iudicio et assensu. Nā etiā in negatione, intellectus negationē prædicati cōponit cū subiecto, ut autor ē Philosophus 3 de aīa. Sicut aūt simplex apprehensio, vocibus simplicibus exprimitur, ita et opo quā facit intellectus exprimitur per enunciationē. hæc enim ē oro dicens aliqd inesse vel nō inesse alteri.

Intellectus res apprehensas diiudicat conferēdo unā rē alteri

Si insit attribuit

Si nō insit removet

Affirmatio & negatio conveniunt in hoc quod utraque ē attributio

Ratio formalis secūdæ operationis cōsistit in coniunctione duorū terminorū.

QUARTA DUBITACIO.

QUID SIT TERCIA OPERO INTELLECTUS

Tercia opo intellectus consistit in discursu. Hic aūt ē illatio unius ex alio. quare tria cōsiderare debemus in oī discursu Primū id ex quo infertur aliqd. et dr̄ antecedens. Sedm̄ id quod ex alio infertur et dr̄ cōsequens Tertiū ipsa illatione

quæ explicatur per particulam illativam Ergo vel Igitur et est iudicium intellectus quo is indicat consequens sequi ex antecedente. Et hæc illatio distinguit formaliter tertiam operationem a prima et secunda, nam antecedens et consequens pertinent ad secundam operationem, ipsa vero illatio consequentis ex antecedente est propria et essentialis tertiæ operationis. Unde sicut essentia secundæ operationis consistit in coniunctione prædicati cum subiecto explicata per verbum Est, ita essentia tertiæ in illatione consequentis ex antecedente explicata per particulam Ergo vel Igitur. Omnis autem illatio fundatur in connexione consequentis cum antecedente non enim ex quolibet antecedente licet inferre quodlibet consequens sed tantum ex antecedente connexo consequenti. Reliqua quæ de operationibus intellectus in particulari dici possunt explicabuntur infra suis locis commodius hæc enim quæ hic de iis tradidimus sufficiunt ad præsens institutum.

Sicut essentia secundæ operationis consistit in coniunctione prædicati cum subiecto. ita

His ita constitutis ad institutam de natura Logices proximam disputationem veniendum est. Sit ergo

QVÆSTIO TERCIA.

QVOD SIT OBIECTV LOGICES.

Quæstio hæc, præcipua est huius Proœmii, in qua tot fere sunt sententiæ quot capita. Ut sensum illius intelligas. nota obiectum scientiæ esse id, circa quod scientia versatur seu quod explicat. Versatur autem scientia circa suum obiectum explicando principia, species, et passiones ipsius his enim tribus cognitis nihil aliud restat in obiecto cognoscendum Quare recte a Philosopho 1. post: 43. definitur obiectum scientiæ esse genus aliquod cuius principia species atque passiones explicantur in scientia. v: c. Scientia Physica habet pro obiecto corpus naturale cuius principia materiam scilicet et formam. species, Cœlum elementa, mixta. passiones. quantitatem, Locum, motum tempus considerat.

Quod est obiectum scientiæ

Circa quod versatur scientia

Ex hac autem definitione obiecti primo colligitur ratio variorum nominum quibus obiectum scientiæ appellatur. Nam aliquando dicitur genus, quia semper pro obiecto statuitur aliquod genus, cuius species explicantur in scientia. Aliquando dicitur subiectum, quia semper pro obiecto statuitur aliquod subiectum habens multas passiones et affectiones quæ de ipso tanquam de subiecto de-

Variis nominibus obiectum scientiæ appellatur.

Aliquando dicitur genus

Aliquando dicitur subiectum

de subiecto demonstratur. Ex quo etiā patet cū loquimur de sub:
iecto scīae nō eē quaestionē de subiecto inhaesionis ipsius scientiae
quod cōstat eē intellectū, sed de subiecto attributionis, cui videli:
cet attribuuntur passiones et de ipso et de subiecto ipsarū de:
monstratur. Aliqñ dr̄ cōpositū, propter principia ex quibus cōponitur
Maximè verò propriè dr̄ obiectū eo quod quasi obiiciatur in scīa
cōsiderādū ducta similitudine ab obiectis potētiarū cognoscēti:
ū quae eis cognoscēda et cōsiderāda obiiciuntur ut color visui
sonus auditui, etc.

Aliqñ dr̄ Compositū

Secundo colligitur quō obiectū debeat cōtinere oīa quae traduntur
in scīa. nō enim eodē modo debet oīa cōtinere, sed alia tanquā sua prin:
cipia, alia tanquā suas spēs, alia tanquā suas passiones, et sic quō nō
oīa revocantur ad obiectū scientiae. Ex quo etiā intelligitur il:
lud, quod cōmuniter dr̄, obiectū, debere praedicari de oībus sub se
cōtentis, esse intelligēdū vel in recto, vel in obliquo, nā de spe:
ciebus praedicatur in recto. ut Corpus naturale de Elemētis
Coelis, mixtis; de principiis verò et passionibus, solū praedicatur
in obliquo. dicimus enim, materia est principiū corporis na:
turalis. quantitas ē passio eiusdem corporis. etc.

quomodo obiectū debet oīa cōtinere in scīa.

obiectū debet praedicari vel in recto vel in obliquo

De speciebus in recto praedr̄.

De principiis et passionibus in obliquo.

Tertiò colligitur, quonā modo obiectū in scīa sit unū, cū enim
in scīa multa cōsiderentur, ut principia, spēs, passiones, nō possunt
ista oīa coalescere in unius esse obiectū, cū essentiis à se
differant: qa tn̄ reducuntur et ordinantur ad unū genus cuius sūt
vel principia vel spēs, vel passiones, ideo in scīa nō dicuntur
plura eē obiecta sed unū ad quod oīa reducuntur. Est igr̄ in
scīa unū obiectū nō unitate essentiae sed unitate attributionis
seu ordinis. Si verò loquamur de solo ipso genere, ad quod attribu:
tionē habent passiones, species, et principia, cū ab ipso scientia
ut diximus, desumat suā unitatē et specificationē debet eē unū
saltim eo pacto ut definitione aliquo modo una explicari possit
Ex quo sequitur nō debere esse unū aequivocē nā hoc nō est u:
nū secūdū rōnem ꝯ definitionē, sed tātū secūdū nomen: de solo
autē nōie quae potest eē scīa? debet ergo esse unū vel univoc:
ē vel saltim analogicē, nā etiā de analogo potest eē scīa
ut patet ex Philosopho 4. Metaph: 2. postquā enim ibi proba:
vit Ens eē analogū, docet deeo posse eē sciām, quia analoga

quomodo obiectū in scīa sit unū.

Est enim obiectū nō unitate essentiae sed unitate attributionis seu ordinis

Nō debet esse unū aequivocē

sed vel univocē vel analogicē

quodammodo secundum unum dicitur

Quoniam quae Arist: in praedicamentis et reliqua Logica tractat intelligi non possunt nisi cognoscatur quid sit Genus, quid Species, quid Differentia, quid Proprium, quid Accidens. Et haec clare et perspicue traduntur a Porphyrio in suo libello de quinque universalibus, ideo consueverunt Philosophiae professores hanc Porphyrii introductionem Aristot: Logicae praemittere quam etiam et nos eorum consuetudinem sequentes praemittemus. Dividitur tota haec introductio in tres partes. Prima, quae continetur primo capite, continet proemium totius introductionis. Secunda quae quinque sequentibus capitibus, tractationem ipsam de quinque universalibus. Tertia quae absolvitur ultimo capite, continet comparationem omnium universalium inter se tam in iis in quibus conveniunt quam in iis quibus differunt. Autor huius introductionis est Porphyrius insignis Phi: [...]o libri est Introductio absoluta nulla restrictione addita. Methodus scribendi est facilis. Ordo est primus agat de singulis universalibus deinde singula inter se conferat. Obiectum est universale hoc enim est genus cuius species explicantur. Finis est instituere Chrysaorium et alios volentes intelligere Praedicamenta Arist: Utilitas introductionis est magna ut dictum est. Non tamen est necessarius hic libellus simpliciter ad Logicam Arist: sed tantum necessarius secundum quid vel ad melius esse. Cum in ipsa Logica c: 2. ante praedicamenta tradi possent cognitio universalium de quibus ibi breviter ait Philoso: sed commodius hic separatim traduntur. Reliqua haec et alia minutiora apud Toletum latius, et nos ea occurrentes sufficienter explicabimus.

Tota Introductio in tres partes dividitur

Ordo Introductionis

Obiectum illius

Utilitas introd:

Non omnino est iste liber necessarius ad Logicam.

Porro sequemur in tractatione divisionem huius libelli et totam doctrinam distribuemus in tres partes. In prima quae erit instar

Proœmii agemus de universali in cōmuni et qa hoc sine cognitiōe Entis rōnis et secundarū intētionū intelligi nō potest, primo agemus de Ente rationis et secūdis intētionibus. In secūda de universalibus in particulari. In tertia de eorū cōparatiōe.

PRIMA PARS INTRODUCTIONIS DE UNIVERSALI IN CŌMUNI, ENTE RATIONIS, ET SECUNDIS INTENTIONIBUS.

Caput primum Porphyrii quod est Proœmium.

In prima parte huius Proœmii agit Porphyrius quam intētionē habeat intendere agere de quinque Universalibus seu Prædicabilibus. In secūda agit modū procedēdi quē servare vult in hac introductiōe et la[illegible] dicemus [illegible].

DISPUTATIO PRIMA.

DE UNIVERSALIBUS IN CŌMUNI, UBI ET ENTE RATIONIS, ET SECUNDIS INTENTIONIBUS.

Quoniā universalia ut dixi sine cognitiōe Entis rōnis et secundarū intētionū intelligi nullo mō possunt, agā prius breviter de Ente rōnis et secūdis intentionibus.

QUÆSTIO PRIMA.

AN, ET QUID SINT ENTIA RATIONIS, ET AN SINT OMNINO IDEM CUM SECUNDIS INTENTIONIBUS.

Quæstio hæc multas suo cōplexu cōtinet difficultates brevibus dubitationibus decidēdas.

Prima Dubitatio

Quid nomine Entis rationis intelligant Philosophi.

Quod solū habet esse ab intellectu obiectivè.

R. Nōie Entis rōnis intelligūt proprie Philosophi id quod solū habet esse ab intellectu obiectivè. Pro cuius intelligētia Nota. Ens rōnis si vim nois spectes, nihil esse aliud, quā Ens ipsius intellectus, seu quod existit in rōne atque intellectu. Duplr aūt aliqua dicuntur esse in rōne uno mō

Subiectivè

subiectivè seu ut ita causativ, altero obiectivè. Ea sunt in rōne subiectivè quæ sunt in ea p verā et realē inhærētiā tāquā accidētia in subiecto ac proinde sunt verè Entia realia. talia sunt oēs habitus scientiarū, oēs spēs intelligibiles, oēs actus intelligēdi, quæ oīa qa rōni seu intellectui inhærēt vel etiā

apparent, vel etiã ab eo causãtur, dicuntur Entia rõnis, id est Entia in- *Quae sũt Entia realia*
tellectus, sed haec vt dixi sunt verè Entia realia. Ex aliqua sunt in rõne ob-
iectiuè, quae habent esse cognoscendi et cognosci à rõne seu intellectu, Et ex his quae- *Quae sunt obiectiuè*
dã sunt quae nõ tãtũ habent esse cognoscendi et cognosci, sed etiã esse suũ reale ex-
tra suas causas, vt sunt oĩa entia realia, quae ab intellectu cognoscuntur; alia
verò sũt quae tãtũ habent esse cognoscendi et cognosci, et haec dicuntur esse solũ in
ratiõe obiectiuè, qa existũt solũ per cõsiderationẽ rõnis, seu intellectus, ita
vt esse ipsorũ, nõ sit aliud quã esse cognoscendi et cognosci, et haec sunt Entia ra- *Quae sunt Entia rõnis propriè dicta.*
tionis propriè dicta et in scholis vsurpata. Quae ipsã dicuntur esse in rõne
seu intellectu obiectiuè, nõ quod sola ea habeat hoc, quod existat obiectiue *Quare dicuntur in rõne.*
in ratiõe, vt annotaui, multa enim obiecta realia hoc etiã habẽt cũ existere
obiectiuè in rõne nõ sit aliud quã cognosci, et ea obiecta realia cognoscantur;
sed hoc volo dicere, quod sola Entia rõnis sibi iã vendicarunt, quod dicantur esse
in rõne obiectiuè qa praeter illud esse apprehẽsũ et obiectiuũ nõ habẽt vl-
lũ aliud esse. Caetera vero Entia realia, extra aĩam, licet cũ cognoscitur
ab intellectu habeant esse obiectiuũ, tñ qa habent aliud esse reale extra *Habent esse aliud extra intellectũ.*
intellectũ à quo potissimũ denominantur, ideo nõ dicuntur habere esse obie-
ctiuũ sed potius esse reale.

Porro. Ens rõnis propriè dictũ ẽ duplex. Aliud oĩo fictũ ab intellectu, *Ens propriè dictũ duplex. Fictũ vt chimaera.*
quod nullũ habet fũdamẽtũ in re vt tale apprehendatur sed ad libitũ ab intellectu
fingitur vt chimaera. hircocervus. Aliud habens fũdamẽtũ in re propter quod *Aliud habens fundamẽtũ*
cõuenit rei vt esse visũ in pariete, hoc enim Ens rationis habet fũdamẽtũ aliquod
in re propter quod cõuenit rei per apprehensionẽ intellectus Illa enim relatio visi pa-
rietis ad videntẽ nõ ẽ in pariete nisi cũ apprehenditur ab intellectu &c.

Rursus hoc Ens rõnis habens fũdamẽtũ in re ẽ duplex Aliud Negatiuũ *Negatiuum*
aliud Positiuũ. Negatiuũ vt Caecitas, haec enim cũ sit negatio visus ex par-
te nõ Ens, quatenus tñ apprehẽditur per intellectũ habet quoddã esse appre-
hẽsũ et obiectiuũ seu esse rationis. Positiuũ vt relatio aliqua aĩ. rela- *Positiuum*
tio parietis visi ad videntẽ, columnae dextrae ad meã manũ dextrã.

De hoc Ente rationis propriè dicto et opposito Enti reali multa quaeri solẽt
sequentibus dubitatiõibus tradenda et explicanda.

Secunda Dubitatio.

An haec Entia rationis verè dentur.

Prima sententia ẽ eorũ qui negant verè dari Entia rõnis. Ita Ioan. Mi-
randula: lib: 7 Apolog: sect 5. et lib: 7. sect: 6. vbi cõtra suũ praeceptorẽ
Buccaferreũ acerrime cõtendit nõ dari huiusmodi Entia rõnis. sed quaecũque
de rebus affirmãtur ẽẽ realia. Burleus etiã in eadẽ videtur esse sẽtẽtia
cũ initio suae Logicae dicat Entia rõnis esse cõceptus, cõstet aut cõceptus
esse qualitates reales. Sandrinus etiã quãuis 5. Mets: quaest 5. et 6
Mets: quaest 18. admittat entia rationis, tñ initio suorũ cõmentariorũ
in arte veterẽ videtur huic sẽtẽtiae fauere, qui Ens rõnis et secundas
intentiones vocat cõceptus reflexos sicut primas intẽtiones vocat cõceptus
directos de rebus factos. Fundamentũ huius sẽtẽtiae ẽ qa per solas reales
denominationes extrinsecas, absque aliis entibus rõnis possunt saluari oĩa
quae affirmãtur de rebus.

Secunda sententia est eorũ qui asserunt verè dari huiusmodi Entia
rõnis. Ita imprimis Phil. 6 Mets. vbi diuidit ens propriè dictũ

ab interni mête quod oẽs dicũt aẽ Ens rõnis Alexã: lib: 1 natu:
raliũ quaesti: c: 11: Averroes lib: 1 de aĩa cõme: 8. Themistius et Philoponus ibidẽ.
D. Thom: praesertim primo de aĩa textu octuage: opusc: 40: de na:
tura gñis et q. Metã: lect. 9. Scot: quae: q. universa: Herveus
tractatu proprio de Ente rationis. Caietanus in Porphyriũ capite de gñe
et opusculo de Ente et essentia Et prima parte quaestion: 28. articulo
1. Soncin quaestiõe 5. Proemiali. Fonseca quinto Metaphysicorũ capite
septimo, quaestione sexta, sectiõe quinta et passim alibi. Estq3 haec senten:
tia cõmunis Peripateticorũ.

quae de rebus affirmãtur p denominatiões extrin: secas salvari possunt.

Tertia sententia quasi media ẽ quorũdã recẽtiorũ q licet propter auto:
ritatẽ oĩm Philosophorũ admittat entia rõnis, putat tñ ea necessaria
nõ esse, sed absq3 illis oĩa, quae de rebus affirmãtur, salvari posse, p deno:
minatiões reales extrinsecas, iuxta fũdamentum primae sentẽtiae

Assertio.

DICO PRIMO. Probabilissimũ ẽ quod ait haec tertia sẽtẽtia scilicet
entia rõnis nõ esse necessaria, et sine illis oĩa quae de rebus affirmãtur salvari
posse. Explicatur Assertio. Quaecumq3 entibus rõnis tribuũtur salvari
optime possunt p denominatiões extrinsecas, v.g. esse cognitũ in pariete
nõ ẽ aliqd in pariete existẽs, sed mera denominatio extrinseca à co:
gnitiõe intellectus. Sicut enim intellectus, p suã cognitionẽ, quã habet
de obiecto, denominatur formalr cognoscẽs obiectũ, ita p eãdẽ cognitio:
nẽ obiectũ denominatur cognitũ, p eãdẽ enim intellectus cognoscit ob:
iectũ, et obiectũ cognoscitur ab intellectu. Quare et p idẽ denomina:
tur intellectus cognoscens, et obiectũ cognitũ, eadẽ enim cognitio
ad intellectũ cõparata, denominat eũ active cognoscẽtẽ, cõparata vero
ad obiectũ denominat illud passivẽ cognitũ. Siquidẽ cognosci obiectũ, est
haberi cognitionẽ de obiecto. Est tñ in hoc duplex diffã. Prima quod in:
tellectus à cognitiõe quã habet de obiecto denominatur activẽ ipse eñ intellectus ẽ
q active elicit cognitionẽ obiecti, obiectũ vero p cognitionẽ, quae ẽ de ipso, deno:
minatur passive, ipsũ enim ẽ quod cognoscitur ab intellectu. Secunda quod
intellectus à cognitiõe quã habet de obiecto, denominatur intrinsecẽ qa cogni:
tio ẽ in ipso intellectu inhaerẽs, obiectũ aut ipsũ p cognitionẽ sui quã habet in in:
tellectu denominatur extrinsecẽ qa cognitio nõ ẽ in ipso sed in intellectu.

mera denominatio ex: trinseca ab intellectu.

intellectus dr cognoscẽs obiectũ cognitum.

Cognitio cõparata ad in: tellectũ active denomi: cõparata vero ad obiectũ passive cognitũ.

intellectus à cognitiõe quã hẽt de obiecto intrinsece. obiectũ vero denominatur extrinsece

Confirmatur. Quia p eãdẽ actionẽ et agẽs realr denominatur agẽs
et passum realr denominatur patiẽs v.g. p eãdẽ calefactionẽ quae ẽ in ligno
et ignis dr calefaciens et lignũ dr calefactũ, sed cognitio ẽ actio quaedã in
tellectus circa obiectũ Ergo p eãdẽ realẽ cognitionẽ et intellectus dicetur re:
alr cognoscẽs, et obiectũ realr cognitũ, eadẽ enim ẽ via ait Philosophus
Thebis Athenas et ẽ contra. Est tñ diffã inter cognitionẽ et alias actiões trã:
seuntes, quod hae sũt subiectivẽ in patiente, et proinde extrinsecẽ denominãt agens,
illa vero et caeterae aliae actiões immanẽtes sũt subiective in agẽte ac proinde ex:
trinsecẽ denominãt obiectũ, verẽ tñ et realr.

Cognitio ẽ actio

His ita explicatis sic arguitur, obiectũ v.g. paries realr denominatur cognitũ
à reali cognitiõe intellectus, quae ẽ de ipso Ergo nõ p aliquod Ens rõnis necessario
debet dici cognitũ. Antecẽ: patet primo Quia Philosop: 5 Metã: 20: expresse
docet scibile et visibile ideo referri ad sciam et visũ quod scia et visus sit de ipsis

Paries realiter denomi: natur cognitum.

Ergo Philosophus

Ergo Philosophus per solā denominationē extrinsecā à scīa et visiōe vult deno: Scibile et visibile refertur ad sciām, et visū.
minari scibile et visibile. Secundo qa cognitio quae refertur et ad intellectū cognoscē[n]
tē, quia est ab intellectu, et ad obiectū cognitū quia ē de obiecto Ergo potest denomina: Cognitio potest denominare utrumque.
re et intellectū cognoscētē et obiectū cognitū. Tertio. denominari sequitur ad esse Denominari ad esse sequitur
sed res realr est cognita, Ergo realr denominatur cognita: Minor qa realr cognosci
ē realr cōtineri in cognitiōe seu reali cognitionē esse de re. nec dicas cū Du:
rando 1 dist: 39. quaest. 5. denominatiōes istas extrinsecas nō eē reales, sed Entia
ratiōis, qa nihil reale ponūt in rebus denominatis, pariēti enim viso nihil reale
advenit per hoc quod denominetur visus nā cōtra, ad denominationē reali tria Ad denominationē realē tria requiruntur
tātū requirūtr subiectū quod denominatur reale, forma, denominās realis, et cō:
nexio quaedā vel ordo formae denominā[n]tis ad subiectū denominatū, sic paries reali:
atr denominatur albus ab albedine reali, realr in se existēte, unde fit ut deno:
minatio à forma reali necessario sit realis, sed denominatio obiecti cognitiē de
nominatio à forma reali nēpe à cognitiōe reali quae ē de obiecto Ergo ista deno:
minatio verè ē realis, ad rōnem Durādi solvet, haec denominatio nihil ponit
reāle in re denominata Ergo. R. distinguēdo. nihil ponit reale intrinsecū et
cōcedo, nihil reale extrinsecū et nego, sicut enim duplex ē forma una extri: Forma rei est duplex
seca alia intrinseca rei, illa intrinsecè afficit subiectū, qa existit in subiecto Intrinseca quae intrinsece afficit subiectū
ut albedo in pariete, haec extrinseca qa applicatur quodāmodo extrinsecè sub:
iecto, quō locus afficit locatū, vestis corpus, ita duplex quoqe ē denominatio Extrinseca qa extrinsecè
realis, una à forma intrinseca ut parietis ab albedine, alia à forma extrin: Denominatio realis etiā ē duplex.
seca ut locati à loco, et agentis ab actiōe quae ē in passo, sicut Ergo
actio v.c: calefactio nihil ponit reale intrinsecū in agēte v.c. igne, cū nō
sit intrinsecè in eo sed in passo v.c. ligno, et tn extrinsecè denominat agēs
id ē ignē qa ē ipsius forma extrinseca ita obiectū extrinsecè denomina:
tur cognitū à cognitiōe tāquā à forma extrinseca, haec aūt nihil debet Haec denominatio à forma extrinseca nihil debet ponere intrinsecū
ponere intrinsecū in re. nec dicas hāc denominationē fieri p intellectū
tātū, nō realr, nā cōtra, cūm intellectus ē realis et cognitio intellectus
ē qd reale Ergo et denominatiōes à cognitiōe intellectus erūt reales.
Porro quod dixi de esse cognito idē planè dicēdū ē de aliis entibus rōnis
nā sicut variis modis potest intellectus cognoscere res, videlicet vel in ordine Variis modis intellectus cognoscit res.
ad alias res, vel in seipsis, ita variis modis res denominātur cognitae, si enim Vel in ordine ad alias res
intellectus cognoscat naturā cōmunē multis, natura ab hac cognitiōe denomi: Vel in seipsis.
nabitur cōmunis multis. itē si intellectus unū attribuat alteri, ab hac
cognitiōe unū denominabitur praedicatū et alterū subiectū, qa ē cognitū
p modū praedicati vel subiecti et sic de reliqs.
Dico secūdo. Nihilominus verè dātur Entia rōnis. haec Assertio ē Assertio.
autorū secūdae sētentiae. Et probatur primo eorū autoritate, maximè Aristo:
telis ibi adducta. 2º. Id quod nō existit nisi per appraehēsionē intellectus nō
potest esse Ens reale, sed tātū Ens rōnis. sed multa talia attribuuntur rebus
quae nō existūt nisi p appraehēsionē intellectus Ergo multa dātur Entia rōnis
Maior. Id enim quod p solā cognitionē existit in re nō potest eē reale.
Minor patet inductiōe nā relatio obiecti cognitī ad intellectū, visi ad vidē:
tē, voliti ad volētē, relatiō itē universalis ad sua inferiora ut generis speciei
relatio praedicati et subiecti, relatio colūnae ad manū dextrā, et alia
huiusmodi quae verè attribuūtur rebus nō sunt entia realia Ergo sūt
tātū p appraehēsionē intellectus. Nec dicas ista eē denominatiōes extrinsecas qa istae

relatiões cõcipiũtur esse intrinsecè, in rebus, p modũ relationũ rẽaliũ, denominatioẽs verò extrinsecè fiũt à forma extrinseca nõ intrinseca

Denominatioẽs extrinsecæ fiũt à forma extrinseca

Deinde istæ relatiões videtur resultare ex illis denominatiõib. 3.° Relatio rationis ẽ Ens rationis, vt oẽs fatẽtur, sed necessario datur relatio rationis ergo necessario datur etiã Ens rõnis. Minor. quia relatioẽs rationis illæ cõmuniter dicũtur à Philosophis quæ cõmuniter rebus solũ p operatioẽs intellectus, sicut relatioẽs reales, dicũtur, illæ quæ rebus adueniũt, secũdũ illarũ naturã, vt in se sunt, et absq3 vllo opere intellectus, at multæ dãtur relatioẽs, quæ solũ cõueniũt rebus p operatioẽm intellectus. Ergo. Minor. Quia talis ẽ inprimis relatio inter Ens et nõ Ens, ex eo enim solũ quod intellectus apprẽdit nõ Ens, tãquã alterũ extremũ oritur inter Ens et nõ ens. respectus rõnis. Item relatio gñis et speciei &c. ex eo enim quod intellectus prescindit aĩal à multis speciebus oritur relatio quædã in aĩali gñis ad suas speciẽs, et ex eo quod prescindit hñem à multis indiuiduis oritur in hñe relatio speciei ad indiuidua quæ relatioẽs sũt respectus qdã rõnis, cũ nõ cõueniat aĩali vt aĩal ẽ, nec hñi vt homo est sed tãtũ vt hæc cognoscũtur ab intellectu Ergo dãtur necessario relatioẽs rõnis. Nec potest dici has relatioẽs rõnis, esse denominatioẽs extrinsecas, qa hæ relatioẽs sunt intrinsecæ in rebus p modũ relationũ realiũ et ita denominãt intrinsecè, denominatioẽs aũt extrinsecæ fiũt à forma extrinseca nõ intrinseca.

Relatio rationis necessario datur

Relatioẽs rationis quædã cũtur

Relatioẽs rõnis sunt intrinsecæ

Tertia Dubitatio.

Quid sit hoc Ens rationis.

Quidã dicũt merã denominationẽ obiecti cognitii ab actu.

Prima sententia ẽ eorũ q asserũt hoc ens rationis eẽ merã denominatioẽ obiecti cogniti ab actu intellectus eo mõ quo à nob praecedẽti dubitatioẽ explicatũ ẽ Ita Durãd: 1 dist: 39: quæst: 3. Secũda ẽ eorũ q dicũt hoc Ens rõnis eẽ id quod cõsipitur esse vt obijcitur intellectui seu esse id quod oritur in re vt cõsideratur ab intellectu. Ita. D. Thom: 1 dist: 2. art: 3. Scot: 1 dist: 23. Sonc3: 6 Metas: quæ: 18, et plerisq aliĩ Thomistæ. Tercia sentẽtia ẽ eorũ q asserũt Ens rõnis eẽ id cuius eẽ pẽdet ab operatioẽ intellectus seu quod nõ existit nisi p solã cõsideratioẽ intellectus seu quod solũ habet eẽ obiectiuè in intellectu. Ita Tori: 5 Metas: c: 7. quæst: 6. sect: 5.

Dico 1.° Falsa ẽ prima sẽtẽtia Durãdi. Probr 1.° quia denominatio illa extrinseca ẽ realis vt patet ex dictis ergo nõ potest esse Ens rõnis 2.° quia eẽ visũ, esse volitũ, colũnã eẽ dextrã, sũt entia rationis. et tñ nõ sũt denominatioẽs ab actu intellectus nã eẽ visũ potius denominatur ab actu videndi esse volitũ ab actu volendi. 3.° qa relatioẽs quæ cõsequũtur ad istas denominatioẽs sunt Entia rõnis vt patet. Ergo Ens rationis nõ ẽ denominatio extrinseca sed qd cõsequẽs ad denominatioẽ.

Confirmat 1.° In istis denominationibus necessario debet esse aliqua relatio. res enim nõ potest denominari cognita nisi cognoscatur habere aliquẽ ordinẽ ad cognoscẽtẽ vel etiã ad aliã rẽ simul cognitã Ergo Ens rationis quod cõsequitur ad rẽ vt cognitã nõ ẽ mera denominatio sed aliqua etiã relatio nõ realis vt etiã Durãd: fatetur. Ergo rationis. Confirmatur 2.° qa denominatio illa qua res denominatur cognita ab intellectu ẽ denominatio

relatiua sc[...]

relativa scit enim rē directē ordinē ad aliud sed denominatio relativa nulla ē nisi rei denominatae conveniat aliqua relatio per quā refertur ad ordinatur ad aliquod denominatur Ergo Ens rationis nō ē sola denominatio.

Confirmat: 3º quia per istas denominationes extrinsecas nō salvatur natura entis rationis nā cū Ens rationis sit per quod res quae sunt extra intellectū vel intrinsece vel ad intellectū ipsū vel ad alia rē intellectā debet tribui ipsi in ipsa re per modū quasi cuiusdā proprietatis inhaerētis et rei ferētis illā ad aliud. id aūt per quod res afferetur nō ē pura denominatio sed relatio aliqua nō realis ut cōstat. Ergo rationis.

DICO 2º. Insufficiens ē definitio entis rationis quā affert secūda sententia Pr. quia haec definitio nō cōplectitur oīa entia rationis quādā tū relatia entia rōnis quae nō cōsequuntur esse ut obiicitur intellectui nā ad operationes voluntatis consequitur relatio voliti, et ad operationes visus relatio visi. Negationes etiā quae conveniunt rebus nō cōsequūtur ad operationes intellectus cum tamen sint Entia rationis. Similiter nec relatio in colūna ad manū dextrā nec relatio creatoris ad creaturas in Deo.

DICO 3º. Vera est ē tertiā definitio Entis rationis quā affert tertia sententia. Atque ita universaliter Ens rationis illud ē cuius esse pendet ab operatione intellectus hoc quod nō existit nisi per solā cōsiderationē intellectus seu quod solū habet esse obiectivū in intellectu. Ratio est quia Ens rationis ideo dr Ens rationis quia existit per solā rationē ē apprehensionē, unde ē relatio voliti ē visi propterea solū dicuntur Entia rationis quod nō existat nisi per apprehensionē intellectus. Est haec definitio communis oīb. Entib. rōnis.

Ex his solvitur etiā illa difficultas An Ens rationis sit nihil. Quandū enim est esse nihil reale, nō nihil absolute quia ē nō ens reale, nō vero nō Ens absolute. habet enim suū modū propriū essendi. i. per apprehensionē, ratione cuius dr Ens rationis quia tū iste modus essēdi ē improprius modus essēdi, ideo Ens rationis ē improprie Ens, comparatumque ad Ens reale sicut hō fictus ad hōem vivū unde Ens de Ente reali ē de ente rōnis nō praedicatur univoce sed analogice quia diversa ē rō entis, in ente reali et rōnis, in ente enim reali ē rō veraētis, in ente vō rōnis similitudinaria tātū.

Quarta Dubitatio
An Entia rationis conveniant rebus antequā concipiantur ab intellectu.

Entia rationis nō convenire rebus antequā cōcipiatur ab intellectu probari efficaciter posse videtur ex ipsa existentia entis rōnis. Ens enim rōnis nō potest convenire rei nisi existat. nō potest aūt existere nisi per apprehensione intellectus Ergo nō potest cōvenire rei antequā cōcipiatur et apprehēdatur ab intellectu. R. Entia rōnis prius cōvenire rebus quā cognoscātur et apprehēdātur ab intellectu ita Fons. et alii. probatur 1º. inductione quia paries ~~verē ē visus~~ verē ē visus ab equo etiamsi nullus intellectus apprehēdat parietē eē visū ergo parieti visō cōvenit relatio ad oculū quā antequā apprehēdatur ab intellectu quia verē ē fūdamētum, cur ei debeat cōvenire ista relatio. 2º. Idē patet rōne quia obiectū in eo signo ē obiectū ē prius saltē natura cognitione sed Ens rationis est obiectū cognitionis ergo prius cōvenit rebus quā cognoscatur.

Hot ratione dubitationis dico. Ad hoc ut cōveniat aliquod praedicatū rei nō ē necesse ut existat in seipso, sed tātū ut habeat rationē et cām propter quā necessario debeat cōvenire illi rei et de illa affirmari. Sic nō existēte ullo hōē hīs cōvenit esse aīal rōnale Ens igr rationis ad hoc ut cōveniat

rebus satis ē, ut existat in eis ratiōe fundamēti; in se vō formaliter nō existit, nisi cum apprehenditur ab intellectu.

Quinta Dubitatio

An Ens rationis sit aliquid existens vere subiective in rebus.

Sensus dubitatiōis ē an entia rōnis sint quædā quasi entitatulæ in rebus pullulantes ex nostra cognitione, ad similitudinē accidētiū realiū quæ sunt in ipsis rebus.

Prima sententia ē eorū q asserunt Ens rationis subiective esse nusquā sed solū habere eē obiective in intellectu. Ita D. Thom: opusc: 48. trac: 2. c: 1. Sotus de univ: q: 3. art: 1 dub: et alii ex Thomistis. Secunda ē eorū q dicunt ens rationis eē aliqd existēs vere subiective in rebus. Ita videtur sentire Scotus quæst: in prædicab: et 1: dist: 23. in priori enim loco asserit universalitatē (quæ ē ens rationis) esse obiective in intellectu, subiective in re. in secūdo aut loco dicit Ens rationis causari per opera: tionē intellectus, idē etiā sentiunt alii Scotistæ.

ASSERTIO Ens rationis ē aliqd subiective existens in rebus. Hæc asser: tio est scdæ sentiæ. Pr. 1º qa Ens rōnis ē Ens per apprehensionē ergo ibi erit ubi apprehenditur esse, sed apprehenditur eē in obiecto, ergo vere erit in obiecto. v.c. relatio visi ē in pariete qa ibi apprehenditur eē, apprehenditur aut esse ibi quia habet ibi fundamētū. 2º nisi concedamus Entia rōnis esse qd causatū ex nostra apprehensiōe in rebus nō possumus ulla rōne ea distinguere ab ente reali. Pr. qa vel paries denominatur cognitus extrinsece à mea cognitiōe vel intrinsece ab aliqua re: latiōe ad meā cognitionē, si primū ista denominatiō ē realis qa ē à forma reali, ut ostensū ē supra, si secūd: ergo Ens rōnis ē aliqd pullulans in re ex apprehensiōe.

Quo aut nō hoc fiat sic explicare possumus. Intellectus duplicē habet actio: nē unā realē, alterā intentionalē. Illa ē immanens, hæc quodāmodo trāsiens in obiectū, dicimus enim intellectū sua actiōe attingere obiectū. Per hanc ergo actionē intentionalē, qu tēdat in obiectū et sit quodāmodo idē intentio: nalr præsēs obiecto potest producere aliquod Ens intentionale seu Ens rationis in obiecto. Verē enim licet cognitio realr sit tātū in intellectu, quodā tā: mē nō dr terminari ad obiectū attingere obiectū esse in obiecto termina: tive tendere in obiectū, &c.

Et ex his patet ad fundamētū quoddā 1æ sententiæ. Probat enim per actionē intellectus nihil produci posse in rebus et cōsequēter Ens rationis nō esse subiective in rebus. Intellectus inquiunt nō habet vim in obiecto à se maxime distāti producēdi aliquod Ens Ergo Ens rationis nō ē entitas existens in ipsa re. Antecd: patet. tū qa actio intellectus ē immanēs nō trāsiens in exter: nā materiā. tū qa oē agens debet eē cōiūctū patiēti in quod agit, oē enim agens agit per cōtactū, sed intellectus nō cōtingit obiectū Ergo nō potest aliqd in obiecto producere. R. hī, iuxta dicta. Intellectus actiōe intentionale potest producere aliqd intentionale in obiecto quātūvis distāti, qa sicut tēdit in obiec: tum distās ita sua actiōe intentionali attingit quātūvis distās obiectū. Ad primā pro: bationē R. actio intentionalis ē quodāmodo trāsiēns in obiectū actio vō realis ē immanēs. Ad secūdā satis ē ut sit præsēs intentionalr obiecto.

Sexta Dubitatio.

An Ens rationis sit omnino idem quod secunda intentio.

Scotistæ cōmuniter nullū putant esse discrimen inter Ens rationis et secūdā intentionē quibus adversātur Thomistæ et Fonsec: 5 Mets: c. 7. quæ: 6. sec: 5

aiunt en

-cit enim si Ens rationis non idem dicit quod secundam intentionem.

Nota pro solutione Intentionem in communi nihil aliud significare quam tendentiam quandam in aliquid unde in illis omnibus reperitur intentio in quibus cernitur tendentia in aliquid Et quia in tribus cernitur tendentia ideo et in tribus invenitur intentio. Quare nota hoc tripliciter accipi potest intentio. 1º Pro speciebus per quam potentia tendit in obiectum sic species intelligibiles et sensibiles in intellectu et sensu existentes dicuntur species intentionales. 2º Pro actu ipso tendendi per quem potentia tendit in obiectum sic actus intellectus quo is tendit in intelligibile et actus voluntatis quo haec tendit in finem aliquem bonum vel malum dicuntur intentionales. 3º Pro obiecto in quod tendit potentia et haec dicitur intentio obiectiva et quasi passiva Iam vero quia intentio quae est species, et intentio quae est actus voluntatis, non spectant ad nostrum propositum ideo de illis nunc non agemus sed tantum de intentione intellectus quae ut dixi est duplex. Alia ex parte ipsius intellectus, alia ex parte rei seu obiecti intellectus. Illa dicitur intentio formalis seu conceptus formalis et nihil aliud est quam ipse actus intelligendi quo res cognoscitur et in illam tenditur Haec dicitur intentio obiectiva seu conceptus obiectivus et nihil aliud est quam ipsa res seu obiectum quod cognoscitur et in quod tenditur. Rursus cum intentio obiectiva comprehendat omnia quae intellectus intendit, haec autem sint duplicia aliud enim genus intelligibilium est eorum quae conveniunt rebus extra intellectum, aliud eorum quae conveniunt rebus ut cognoscuntur ab intellectu seu ut intelleguntur inde est quod iuxta duplex hoc genus intelligibilium duplex etiam dicatur intentio obiectiva Nam primum genus intelligibilium dicitur prima obiectiva intentio et nomina quibus significatur dicuntur nomina primae intentionis. Secundum vero genus dicitur secunda intentio obiectiva et nomina quibus significatur dicuntur nomina secundae intentionis. Scilicet quia intellectus primo tendat in ea quae conveniunt rebus a parte rei deinde vero in ea quae conveniunt rebus quatenus intellectae sunt, inde est quod ea quae conveniunt rebus extra intellectum dicuntur primae intentiones obiectivae, ea vero quae conveniunt rebus quatenus intellectae sunt dicuntur secundae intentionis obiectivae quia quasi secundo per actum reflexum cognoscuntur ab intellectu. Et sicut prius res sunt quam cognoscantur ab intellectu ita intellectus prius tendit in ea quae conveniunt rebus ut sunt quam in ea quae conveniunt rebus ut intelliguntur.

Huic duplici intentioni obiectivae respondet etiam duplex intentio formalis una quae dicitur prima alia quae dicitur secunda. Prima intentio formalis est actus ille intellectus quo tendit in primam intentionem obiectivam cognoscendam. Secunda intentio formalis, quo [actu intellectus] is tendit in secundam intentionem obiectivam percipiendam.

His ita constitutis Respondeo ad dubitationem Ens rationis non idem penitus esse quod secundam intentionem. (Et loquimur de sola secunda intentione obiectiva de qua sola procedit dubitatio) Et haec responsio colligitur ex dictis de prima et secunda intentione obiectiva. Constat enim primo non omnem primam intentionem esse Ens reale. Ratio est quia multa conveniunt rebus extra intellectum quae non sunt entia realia sed rationis ut caecitas et aliae privationes item convenit columnae relatio dextri, Deo relatio creatoris ad creaturas, item parieti relatio visi etc quae omnia conveniunt rebus a parte rei extra intellectum et ideo sunt primae intentiones obiectivae quia non conveniunt rebus per operationes intellectus. 2º Constat non omne Ens rationis esse secundam intentionem quia quaedam Entia rationis conveniunt rebus ante operationem intellectus, et ideo non consequuntur illius operationes ut dictum est.

3°. Conſent illud tātū Ens ratiōis eſse ſecūdā intētionē quod cōſeq̄r
ad opatiōes intellectus ut sūt relatiōes universalis gnis speciei prædica:
ti ſubiecti &c. quia hæc conveniunt rebus per operatiōes intellectus seu
quatenus intellecta sunt. Et hæc sola propriè dicuntur Entia rationis
Logica quia à Logico cōſiderantur in ordine ad directionem operatio:
num intellectus
Ex dictis breviſq tota hac quæſtiōe cōſtat qd reſpondēdū ſit ad dubi:
tatiōnē illam qua petitur an Ens ratiōis tūc tātū exiſtat cūē obiectū cognitiōis
qua ipſū cognoſcitur: an vō exiſtat antequā cognoſcatur et actus cognitiōis
in illud terminetur v.c. cū intelligo parietē an reſultet et ſit in pariete
relatio ratiōis, qua ipſe paries dr̄ cognitus et ad meū intellectū refertur
antequā alio actu cognoſcam hanc relatiōnē ut terminū an vō ut exiſtat in pariete ipſa relatio
requiratur ulteriūs ut ego eā ut terminū alio actu cognoſcā.
In hac dubitatiōe diſcrepāt Philoſophi. Nā Thomiſtæ affirmāt Ens ra:
tiōis exiſtere ante illā ſecūdā cognitionē reflexā, et addūt, cū cognitiōe
reflexa cognoſcitur, eſse ſecūdā intētionē ita. ut relatio cogniti v.c. quæ cōn:
ſeq̄tur ad cognitiōnē directā ubi cau parietis ſit Ens rōnis. Relatio aūt illa ut cognita actu reflexo
ſit ſecūda intētio. Et hoc modo tātū dicūt differre Ens rationis (loquuntur
aūt de ente rōnis Logico) à ſecūda intētiōe, Probāt aūt Ens ratiōis
exiſtere, antequā actu reflexo cognoſcatur, qa obiectū ſemp debet
præcedere potētiā, et actū circa illud, nō poſſet aūt præcedere Ens
rationis cognitiōnē reflexā, ſi nō eſset ante illā Nam ſi Ens rationis nō
eſset niſi ex eo quod cognoſcitur cognitiōe reflexa, certē actus ipſe potētiæ faceret ſibi obiectū
obiectū quod videtur impoſſibile cū obiectū debeat eſse ſemp prius ſaltim
natura, quā ipſe actus q in illud tēdit. Scotiſtæ vō cōtra cōtēdūt Ens ra:
tiōnis nō exiſtere formalr in ſe, niſi qn̄ cognitiōe reflexa cognoſcitur, et a:
ctus ipſe cognitiōis in illud terminatur. et addūt nullū eē diſcrimē inter
Ens ratiōis cōſeq̄ns opatiōes intellectus et ſecūdā intētiōnē. Probāt
aūt Ens ratiōis nō exiſtere niſi, cū actu cognitio in illud fertur, qa cū
Ens ratiōis, nō habeat aliud eſse quā eſse apprehēſū et obiectivum et
eſse obiective in intellectu, nihil ſit aliud, quā obijci intellectui et ter:
minare eius actū, videtr Entia rōnis nō alio mō exiſtere niſi cū actu illo reflexo ab intellectu cognoſcuntr
Ad fūdamētū vō Thomiſtarū reſpōdet, diſtinguēdo, duplex obiectū, unū moti:
vū et terminativū, alterū terminativū tātū. Licet ergo quod licet obiectū
motivū debeat præcedere actū potētiæ, circa illud tamen, quod ē tātū ter:
minativū nō ē neceſſariū ut præcedat, ut patet in Chimæra et aliis fictionib.
quæ nō ſūt antequā cognoſcātur ſed ſimul cū ipſa cognitiōe qua cognoſcātur.
Hæc ſentētia Scotiſtarū ē veriſſima. et ideo.
Ad propoſitā dubitatiōnē dico 1°. Ens ratiōis cōvenire rebus antequā
cōgnoſcātur ab intellectu, ut enim cōveniat ſatis ē ut exiſtat rōnū fūda:
mēta ut dictū ē quarta dubitatiōe. 2°. Ens ratiōis in ſe et formalr
nō exiſtere niſi p cognitiōnē intellectus. quæ feratur et terminetur in
illū ut bene probāt Scotiſtæ et patet ex dictis à nobis tum tertia tū quarta dubitatiōe.
Dico 3°. Propriè loquēdo illud ſolū Ens ratiōis eſse ſecūdā intētiōnē quod
cōſeq̄tur operatiōes intellectus ut dixi dubitatiōe ſexta, qz illud ſolū ē ſecū:
dariū illud obiectū, quod cōvenit rebus quatenus intellectæ ſūt. Et iuxta hoc cætera
Entia rationis etsi in ſe formalr nō exiſtat niſi cū cognoſcūtur ab intellectu nō erūt
tn̄ propriè loquēdo ſecūdæ intētiōes qa nō cognoſcētur ad res ut cognitas, ſed vel cōſe:
quūtur opatiōes aliarū potētiarū, vel habent alia fūdamēta, ut privatiōes. Et hæc
Entia rōnis poſſūt dici cognoſci actu directivo intellectus, qz nō cōſequūtr res ut intellectæ ſūt
illa autem Entia rōnis quæ cōſequūtr opatiōes intellectus propriiſsime cognoſcūtur actu reflexo
ut patet ex 6. dubitatiōe. Fundamētū Thomiſtarū ſolutū ē bene à Scotiſtis et eius ſolutiōe videri
quæ dixi ſupra dubitatiōe. 4.a et 5.a Hactenus de Ente rōnis et Secūdis Intentiōnibus.

Quæſtio ſecūda

QVÆSTIO SECVNDA
QVOTVPLEX SIT VNIVERSALE.

VNIVERSALE. in communi sumptū, ē id, quod ē cōmune multis. Estq3 duplex. Vnū cōplexū Alterū Incōplexū. Cōplexū nihil aliud ē quā propō aliqua vniversalis vt Oīs hō ē anal, vel definitio vt Aal rationale. Et hoc mō sumitur vniversale à Philosopho 1 Post: tex: 35. vbi agit impossibile eē aliter haberi vniversale quā p̄ inductionē, et 1 Post: tex: 21. et 1 Rhet: c. 2. Nos nō agimus hic de vniversali cōplexo, sed tātū de Incōplexo. Vniversale igr Incōplexū ē, id quod cū sit vnū aliquid simplex, respiciat tn̄ multa. Ex qua definitiōe duo colliguntur esse de rōne vniversalis. 1m est vnitas rei in se. 2m ordo illius rei ad multa. Vnitas est quasi loco gnīs, qa eē cōmū, ē qd cōmune vniversali et singulari. Ordo vō ad multa eē loco diffe, qa per hoc distinguitur vniversale à singulari, quod scilicet vniversale dicat ordinē ad multa, singulare ad vnū tātū. — *Vniversale duplex. Complexum. Incōplexū quid.*

Sicut aūt varius et multiplex eē potest ordo ad multa, ita varia sūt gnā vniversaliū, praecipua tn̄ sunt Tria. Vnū ē vniversale in causādo, quod vnū cū sit, plura causat, et extēdit se ad plura p̄ causalitatē, vt Deus vnus cū sit, producit oēs res, Caelū vnū cū sit, cōcurrit ad oēs generatiōes rerū sublunariū, et propterea tā deus quā caelū dicitur vniversale in causā. Aliud ē vniversale in repraesētādo vel scādo, quod vnū cū sit multa repraesētat vt cōceptus hōis in intellectu existēs, repraesētat oēs hōēs. Tertiū ē vniversale in essēdo quod vnū cū sit existit in multis vt natura humana, vna cū sit, existit in Socrate Platone zē. Dr aūt vniversale in essēdo quod secūdū suū eē extēdat se ad multa. — *Tria gnā vniversaliū. In causādo. In repraesētādo et scādo. In essēdo.*

Ex his tribus gnībus vniversaliū solū vniversale in essēdo ē simplr vniversale, reliqua sūt vniversalia secūdū qd. Ratio ē. Quia quod cōuenit rei rōne naturae, cōuenit simplr, at eē vniversale in essēdo cōuenit rei rōne naturae, esse vō vniversale in causādo et repraesētādo cōuenit rei nō ratiōe naturae sed rōne operatiōis. Ergo vniversale in essēdo ē vniversale simplr, vniversalia vō in causādo et repraesētādo sunt vniversalia secūdū qd. Minor. qa vniversale in essēdo secūdū naturā suā extēdit se ad multa, et ideo dr vniversale in essēdo, qa secūdū essētiā suā ē in multis, at vō vniversalia in causādo et repraesētādo nō secūdū essentiā suā extēdunt se ad multa, sed scdm causalitatē et repraesētationē quae sunt quasi quaedā operatiōes ipsor. — *Quod tertiū ē simplr vnale. Alia vnalia secūdū quid.*

Ex quo sequitur quod vniversalia in causādo et repraesētādo sint simplr singularia in essēdo. Deus enim et Caelū sūt res in se singulares, et solū rōne operatiōis vniversale. Vniversale vō in essēdo nō sit simplr vniversale sed cōmune ad multa singularia. Hinc etiā fit vt cū vniversale et singulare opponatur, vniversale in causādo, opponatur particulari in causādo. Vnde Philosophi distinguūt causas in Vniversales et Particulares. Vniversales quae plura causat vt Deus et Caelū Particulares quae vnū tātū vt ignis ignē. Vniversale etiā in repraesētādo opponatur particulari in repraesētādo hoc ē, ei quod vnū tātū repraesētat vt cōceptus Caesaris Caesarē, Vniversale vō in essēdo opponatur singulari in essēdo, hoc ē ei quod ē vnū tātū individuū vt Petrus q nō potest eē multa individua. Et de hoc vniversali in essēdo propōsita dispō futura ē, alia enim vniversalia sūt simplr singularia in essēdo hoc aūt verē ac proprie ē vniversale in essēdo. — *Vniversale in causādo opponitur particulari in causādo.*

QVÆSTIO TERTIA.

AN VERE DENTVR HÆC VNIVERSALIA DE INESSENDO.

PRIMA sententia est Cratili et Heracliti ut refert Philos: 1 Metaph: 5 et 4 Metaph:
negant dari hæc universalia et negant dari scientias 22. qui negarunt dari hæc universalia et ex consequentia etiam negarunt dari scientias cum hæ non sint de rebus mutabilib. et fluxis qualia sunt omnia inferiora subjecta univer: salib: Eadem etiam fuit sententia Pyrronis et Phyrronist: qui ut refert Amon: init: præd: negarunt universalia eo quod putarent omnia esse incomprehensibilia, contra quos acriter dixerit Plato apud Amon: supra, nam vel isti negantes Philosophi comprehendunt hanc incomprehensibilitatem rerum vel non. Si primum Ergo aliquid com: prehendi potest, et hic nullum est eorum fundamentum. Si secundum credendum eis non est, quod id dicant quod non comprehendunt. Epicurei etiam ex D. Thoma opusc: 55, universalia negarunt, cum dixerint nihil esse præter quam id quod sensu percipi potest, universale autem non possit sensu percipi, 1 Post: 43.

Secunda sententia est Communis omnium aliorum Philos: tam antiquorum quam recentiorum: qui affirmarunt dari universalia quamvis diverso modo ea ponant de quo infra.

Nota pro solutione. Res in mundo existentes esse quidem diversas inter se non tamen ita ut in nullo conveniant, sed in aliquo differunt in aliquo conve: niant v.g. omnes substantiæ conveniunt ratione substantiæ differunt in ratione talis vel talis substantiæ, omnia animalia conveniunt in ratione animalis sed differunt in ratione talis animalis, unum enim est animal rationale aliud irrationale. Ista autem convenientia habet latitu: dinem quandam et potest esse maior et minor secundum quod res in pluribus vel pau: cioribus inter se conveniunt. v.g. magis conveniunt Socrates cum Platone quam cum Bucephalo, et magis cum Bucephalo quam cum planta, et magis cum planta quam cum lapide, et magis cum lapide quam cum accidentib. Cum igitur natura quæ multis eadem ratione conveniunt, quantum est ex se non sit magis addicta uni [operatione] quam alteri, fit ut ex se sint indifferentes ad essendum in multis ac pro:
Univocatio in Entibus est radix universalitatis. inde fit natura apta esse in multis quod est esse universale. Univocatio igitur in Entib. est radix universalitatis. Et ex hoc colligitur solutio quæstionis. Sit igitur

Assertio. Datur natura universalis. ASSERTIO. dari vere aliquas naturas universales certum est. Pr. 1o ex fundamento præmisso. Natura eadem ratione competentes multis sunt univer: sales, sed dantur naturæ eadem ratione competentes multis Ergo dantur naturæ universales. Maior patet ex definitione universalis quod definitur esse
Definitio universalis. unum conveniens multis. Minor pr. quia datur natura univoce competentes multis v.g. natura humana, equina etc. ut patet ex annotatione. Confirmatur
Socrates est homo. Terminus homo vel supponit pro Socrate vel pro omnib. hominib. et sic vel denique pro natura communi. Ergo sic vera. 1o ex prædicatione cum enim dico Socrates est homo, terminus homo vel supponit pro Socrate et sic propositio erit identica et nugatoria, vel pro omnib. hominib. et sic erit falsa vel denique pro natura communi omnib. hominib. et sic habetur intentum dari nimirum naturam universalem. Confirmatur 2o ex definitione nam cum dico, homo est animal rationale, hæc definitio non est singularium qua: tenus singularia sunt. quia cum non eadem sit singularitas in diversis singularibus hæc etiam definitio non eadem ratione competeret omnib. singularibus. Cum igitur eadem ratione competat, competit illis ratione naturæ humanæ eiusdem in omnib. inventæ ac proinde

ratione naturæ

5to.

rone naturæ universalis. 2° probatur scientiæ ut patet in viris doctis sed scientiæ tantum sunt de universalib. 10 Metaph: c. 1. 1 Post: 43. et 1 Phys: 49 et alibi. Ergo dantur universalia. 3°. Ex D. Tho: opusc. 55. oes homines naturaliter habent appetitum sciendi. Ergo ne, hic appetitus sit frustra debet expleri, sed non potest expleri nisi dentur universalia, cum scientiæ tantum sint de universalib: non vero de singularib: ut ex Philos: paulo ante dictum est ergo dantur universalia. Confirmatur quia turpissimum est Philosopho qua subiacent sensibus id est singularia.

Scientiæ tantum sunt de universalibus.

Appetitus sciendi non potest expleri nisi dentur universalia.

Ex his refellitur opinio nominalium dicentium universalia non esse res sed nomina quædam communia vel conceptus seu notiones communes, quæ etiam opinio refelletur infra.

Refellitur hic opinio Nominalium.

QVÆSTIO QVARTA

QVID SIT VNIVERSALE ET QVOMODO DEFINIATVR.

Vniversalis tres definitiones tradit Philosophus. 1am primo de interp: c. 5. Universale inquit, est quod in pluribus prædicari natum est. 2am 7 Metaph: 45. Universale est aptum quod ut in pluribus insit. 3am 1. Post: 35. et 39. et 66: 2°. 27. et 3 Metaph: 14. et 46: 7. 57. et 1 de part: c. 4. Universale est quod inest multis, seu est unum in multis et propter multa.

Tres definitiones Universalis. Quod in pluribus prædicari natum est. Aptum quod ut in pluribus insit. Quod inest multis.

Prima definitio traditur per propriam passionem universalis, duæ vero posteriores per essentiam. Essentia enim Universalis consistit in hoc, ut aptum sit inesse multis. Ad hanc autem essentiam consequitur prædicabilitas tanquam propria passio, prædicari enim sequitur ad inesse. Ex quo infertur, duas posteriores definitiones esse essentiales, cum tradantur per prædicata essentialia, priorem vero non esse essentialem sed descriptivam cum non tradatur per essentialia sed per propriam passionem. Quamvis si diligenter consideretur prima definitio videtur plane complexa et essentiam universalis, et propriam eius passionem magna enim arte posita est a Philosopho particula illa In, non De, ut indicaret prædicationem sequi ad inesse, nihil enim de aliquo prædicari potest sive essentialiter sive accidentaliter nisi illi aliquo modo insit vel per modum essentiæ vel per modum accidentis. Unde quando Philosophus ait Universale est quod in pluribus prædicari natum est, nihil aliud videtur voluisse dicere quam universale esse illud quod cum in pluribus insit vel aptum sit inesse, aptum est de pluribus prædicari, et ita unica eademque definitione aperuit essentialem et propriam passionem universalis. Deinde in prioribus duabus definitionib. definitur universale per aptitudinem, ut indicetur aptitudinem sufficere ad universale, non enim est necessarium ut actu prædicetur de pluribus nec etiam ut actu insit in pluribus sed ut aptum sit inesse et prædicari de pluribus ut infra etiam patebit. In tertia vero definitione quamvis non fuerit expresse posita hæc particula Aptum, debet tamen subintelligi iuxta mentem Philos: cum enim absolute dixerit quod inest, et non dixerit, quod actu inest, potest recte exponi quod inest aptitudine maxime cum hoc sit et consentaneum duabus aliis definitionibus et communi illi pronunciato. Verba in definitione non dicunt actum sed aptitudinem.

Essentia Universalis in quo consistit in hoc ut aptum sit inesse multis.

Duæ posteriores definitiones sunt essentiales. Prior vero, non est essentialis sed descriptiva.

Particula In.

Explicatio definitionis.

Subintelligitur hic aptum.

Commune pronunciatum. Verba in definitione non dicunt actum sed aptitudinem.

Praeterea praedictis tribus definitionib. hoc e̅ com̅une vt o̅es dicat

Vniuersale debet e̅e vnu̅

Vniuersale, in primis debere esse vnu̅, quod indicat illa particula quod

debet e̅e nō actu sed aptitudine

sc̅do debere esse nō actu sed aptitudine in multis, quod indicat se-

quentes particulae. Verum praecipua et clarior definitio e̅ sc̅da, q̅a hac

Clariorē sc̅da definitio

inter o̅es tres e̅ qua expressius essentia vniuersalis declaratur, nā

prima vt dixi p passionē indicat essentiā. Quare et diligenter à

nobis explicādū est.

Est ergo haec definitio. Vniuersale e̅ aptu̅ q̅d vt in plurib. insit seu quod

idē e̅. Vniuersale e̅ quod aptū e̅ inesse in multis. In qua definitione

sunt quatuor particulae explicādae. Prima e̅, Quod. Sc̅da aptū est.

Tercia. Inesse in. Quarta Multis.

Prima particula

Prima igr̄ particula e̅ QVOD. id e̅. Vniuersale e̅ vnū q̅d idq3 nō solū

secūdū nomē sed etiā secūdū ratione, id e̅ est vniuocū quā cōditionē exigit

Per hac particulā primō.

in vniuersali Philos. 1 post: c: 10 et 18. et 1 de part: c 4. Itaq3 hanc parti-

Excluduntur vniuersalia complexa

culā excluduntur à ratione vniuersalis hic definiti in primis vniuersalia cō-

plexa vt definitionē quae nō sunt vnū secūdū nomen. Deinde aequiuoca ma-

Deinde aequiuoca à casu maxime.

xime à casu, quae licet sint vnū secūdū nomen, sunt tn̄ multa secūdū rationem.

Analoga vō qua parte sunt vnā noīe, et cōceptu formali et obiectiuo, nō

Analoga excluduntur qn̄ multa sunt.

excluduntur. qua parte vō nō sunt simplr̄ vnū q̄a nō simplr̄ eadē ratiōe

suis inferioribus conueniunt, ideo quodammodo excluduntur Atq3 haec e̅

ratio cur Ens et vnū. 3 Mets: 16. dicātur esse maxime vniuersalia

alibi vō dicatur oppositū vt 4. Mets: tex: 5 et 1 Ethic: c 6. vbi Aris:

negat Ens et Vnū esse idē in oībq, et esse vniuersalia cū vagentur

p oīa praedicamēta, quae sunt diuersarū naturarū. De Analogis

Analoga quomodo sunt vniuersalia.

ergo sentiēdū e̅ quod sint vniuersalia nō simplr̄ sed trāscēdentia,

et analoga nō vniuoca nec verē gn̄a aut species. Et hinc patet

Vniuersale debere esse naturā vniuocā dicēs naturā vnā simplr̄

Vnitas naturae quae.

Vt aut̄ p̄fecte intelligeres quaenā sit vnitas ista naturae vniuer-

quid sit esse naturā vnam.

salis. Nota. naturā esse vnā, nihil e̅e aliud quā esse indiuisā

Diuisio creat multitudinē indiuisio vnitatem.

in se, et diuisā à quocunq3 alio, sicut enim diuisio creat multitu-

dinē ita indiuisio vnitatē vḡ. lignū antequā diuidatur e̅ vnū

Vnitas e̅ duplex

diuisionē vō fit multiplex. Porro vnitas e̅ duplex, altā Numerica

1 numerica e̅ indiuisio naturae in eisdē noīb et rationib.

alta formalis, Illa e̅ indiuisio naturae in plura eiusdē noīs et ra-

tionis. sic in plura numero vt Socrates e̅ vnus numero q̄a nō e̅ di-

uisus in multos Socrates: haec e̅ indiuisio naturae p principia for-

2 formalis indiuisio essentialis naturae

malia et essentialia, hoc e̅ indiuisio naturae in diuersas naturas

diuersae essentiae vḡt natura humana e̅ vna formalr̄, q̄a nō e̅ hac et

nō hac natura sed̄t q̄a e̅ multae plures naturae diuersae essentiae. Vnitas

Numerica e̅ vnitas rerū singulariū seu naturae singularis

Vnitas formalis est vnitas naturae vt natura e̅ et ideo dr̄ for-

malis q̄a cōpetit naturae secūdū formalitatē ipsius naturae. Deinde

Vnitas Numerica est vnitas simplr̄, q̄a e̅ indiuisio omnimoda in Entitate et dr̄

maxima vnitas q̄a in se includit vnitatē formalē quae enī sunt vnū numero, sunt

etiā vnū formalr̄ vḡ. Socrates est vnus numero q̄a singularis et vnus essentia

Vnitas vero Sem

5.I.

Vnitas vrõ Formalis est vnitas secũdũ quid, qa nõ ẽ õĩmoda vnitas nõ enim excludit oẽm diuisioñẽ sed tãtũ diuisionẽ essẽtialẽ. Vnde fit vt poss sint aliqua esse vnũ formalr qua sũt multa singlr. Socrates eñ et Plato sunt vnũ formalr qa sũt vnius essẽ et naturæ humanæ, cũ tñ sint multa singlr, qa sũt multi hões. Et ideo hæc vnitas formalis ẽ minor vnitate numerica, qa eã nõ includit sed potius includitur, et qa nõ dicit oẽm indiuisioñẽ sed tãtũ indiuisionẽ essẽtialẽ. Quod etiã inde cõstat qa vnitas ẽ indiuisio. Ergo maior vnitas, maior indiuisio, minor vnitas, minor indiuisio, at vnitas numerica dicit indiuisionẽ in multa, tã eiusdẽ naturæ quã diuersæ naturæ. Vnitas vrõ Formalis dicit indiuisionẽ tãtũ in multa diuersæ naturæ. Ergo vnitas numerica ẽ maior vnitas, vnitas formalis minor.

Esse igr naturã vnã numero ẽ esse indiuisã in multa numero; illa aũt dicũtur distingui et diuidi numero quæ numerãdo distinguuntur vt cũ dico socratẽ esse vnũ hominẽ. Platonẽ scdm, Joannẽ tertiũ etc. Quarvõ solo numero distinguuntur sũt singularia. Esse aũt naturã vnã formalr ẽ esse indiuisã essẽtialr seu esse nõ diuersarũ essẽtiarũ.

Porro Vnitas Formalis ẽ duplex. Altã Negatiua p altã Positiua. Negatiua ẽ illa qua dicit purã indiuisionẽ essẽtialẽ, nõ dicit vnã aliquã entitatẽ positiuã simplr indiuisã, quo naturæ quæ sũt in Socrate et Platone sũt vnũ formalr, qa nõ distinguuntur essẽtialr, nõ tñ sũt vnũ formalr positiuẽ. Quia natura Socratis et Platonis nõ coalescũt quasi in vnã naturã vnius entitatis positiuæ, alia enim ẽ entitas naturæ Platonis alia Socratis. Vnitas vrõ formalis Positiua ẽ illa, qua ita dicit indiuisionẽ essẽtialẽ, vt etiã dicat vnã entitatẽ simpliciter indiuisã, quo natura humana quæ ẽ in Socrate, ẽ vna formalr, qa ẽ vnius essẽ, et est vna positiue, qa illa vna essẽ, ẽ vna tãtũ entitas, nõ vrõ ẽ diuisa in multas entitates. Hoc etiã mõ natura diuina, ẽ vna in tribus psonis qa illa eadẽ entitas naturæ diuinæ quæ ẽ in Pñe est etiã in filio et spũ S. nõ solũ vna essẽ, hoc enim entitas et essẽ differũt, quod Entitas dicit essẽ vt ẽ res quædã in mũdo, essẽ vrõ dicit tãtũ prædicata essẽtialia. Vnitas Formalis Positiua fũdatur in vnitate Numerica, Vnitas formalis Negatiua stat in diuersitate numerica vt in diuersis existẽs realr.

Rursus tã vnitas Formalis quã Numerica ẽ duplex. Formalis enim alia ẽ Generica id ẽ naturæ genericæ, aliã Specifica id ẽ naturæ specificæ, qa tñ natura generica v.g. aĩalis quã specifica vt ẽ hõis in se ẽ vna formalr. Numerica etiã vnitas alia ẽ realis p quã res dr vna numero vt Socrates p suã vnitatẽ numericã dr vnus numero hõ, alta obiectiua p quã res ẽ vnã numero obiectiuẽ. Illa cõuenit rebus existẽtibus extra intellectũ, hæc rebus existẽtibus obiectiue in intellectu. Has vrõ vnitates numericas eẽ distinctas patet qa natura humana cõmunis Socrati et Platoni realr nõ ẽ vna numero, sed multiplex, qa socrates nõ ẽ vnus numero hõ cũ Platone, et tñ ẽ vna numero obiectiue, qa quatenus ab intellectu abstrahitur a singularib. vt sic ab eis abstracta nõ ẽ in illis multiplicata, sed ẽ vna numero obiectiue tã qa ẽ hæc et nõ illa. Confirma: Quia natura humana vt ãnr cõcepta, distinguitur a natura humana, vt ẽ alio cõcepta nõ formalr.

Est aũt Formalis secũdũ quid nõ enim excludit diuisionẽ sed tãtũ essẽtialẽ.

Possũt esse aliqua vnũ formalr, multa singlr.

Vnitas formalis minor est vnitate numerica qa tãtũ essẽtialẽ indiuisionẽ dicit.

Quid sit esse vnã naturã numero.

Quid sit esse formalr naturã vnã.

Formalis duplex.

Negatiua dicit purã indiuisionẽ essẽtialẽ, ẽ nõ vnã aliquã entitatẽ.

Quid est Vnitas formalis Positiua.

Quo natura diuina sit vna in tribus psonis.

Entitas et essẽtia quo differũt.

Vtraq in quo fũdatur.

Negatiua stat in diuersitate numerica.

Formalis duplex Generica et Specifica.

Numerica duplex. Realis cõuenit extra intellectũ. Obiectiua, in intellectu.

Numeri vnitates distinguuntur.

…as Forma… …Numeri… …uplex.

nō formatr, ergo numerice scilicet in genere obiecti qa in meo intellectu ē unū numero obiectū, in intellectu alterius ē aliud numero obiect.

Hiis de unitate suppositis. dubiū ē qua unitate natura universalis dicatur cē una in proposita definitione. Et inprimis certū est naturā in hac definitione nō dici quocūq modo unā, qa unitas naturae ibi restringitur ab aliis partibus definitionis ad supponēdū pro certo quodā gñe unitatis

Quo genere unitatis dr natura universalis una.

minimū quod stat cū aptitudine ad multa. Quod igr sit istud genus unitatis patebit discurrēdo p singulas unitates praedictas. Et inprimis natura

1 Nō ēē unā numericē

universalis nō ē una numericē unitate Numerica reali, quod ergo manifestē patet, qa id quod ē unū numerice reatr, nō ē aptū esse in

Quod ē unū numericē reatr nō ē aptū cē in multis.

multis, at natura universalis tali unitate debet esse praedita cui nō repugnet aptitudo ad multa Ergo nō potest cē una unitate numerica reali. maior natura enim Socratis ut Socratis ē nō potest esse in aliis hominibus, at natura Socratis ut Socratis ei ē una numero reatr ergo natura una numero reatr nō ē apta cē in multis. Deinde na-

2 Nō esse una unitate formali Negativa.

tura universalis, nō ē una unitate formali Negativa. Hoc inde patet qa natura universalis debet cē una simplr, sed unitas formalis negativa nō ē unitas simplr Ergo natura universalis nō debet esse una unitate formali Negativa. Minor aperte constat ex eo qa natura vē. humana Socratis et Platonis est una formatr Negative, et tn Socrates et Plato nō sunt unū simplr sed multa simplr, qa alia ē Entitas naturae humanae Socratis alia Platonis.

Debet esse una simplr

Maior autē. probat quod natura universalis debeat esse una simplr. Pr. qa cē unū simplr ē esse indivisū in multa tā eiusdē quā diversae rationis, sed natura universalis debet cē indivisa tā in multa eiusdē ronis quā in multa diversae ronis, id enim quod debet dividi aliqua divisione debet cē indivisū aliqua divisione, sicut

Natura universalis nō debet esse divisa, sed apta ad dividēdū.

id ē divisū, nō ē dividēdū, natura autē universalis debet esse apta dividi tā in multa eiusdē ronis, id ē singularia, quā in multa diversae rationis id ē spēs. ergo natura universalis debet cē in se indivisa tā in multa eiusdē quā diversae rationis et quod inde sequitur debet cē una simplr. Cū igr unitas formalis negativa nō sit unitas simplr natura universalis. nō poterit esse una unitate formali Negativa.

ASSERTIO

Natura universalis est una unitate formali positiva

Asserēdū igr ē Naturā universalē cē unā unitate formali Positiva. Ratio ē tū qa unitas formalis Positiva ē unitas simplr, qa facit naturā unā nō solū essentiatr sed etiā Entitative, ita ut sit una simplex res, et Entitas. Tū qa cū unitate formali positiva stat aptitudo ad multa, natura

Unitas formalis positiva nō ē pura unitas sed mixta ex Formali et Numerica

enim vē humana quatenus ē una unitate formali positiva ē apta esse in multis. Quoniā vō unitas formalis positiva, nō ē unitas pura, sed mixta ex unitate formali et Numerica, dicit enim omnimodā indivisionē tā in essentia quā in Entitate seu in divisionē tā in multa numero, quā spē, ideo quatenus dicit indivisionē essēntialē seu in multa specie ē unitas formalis quatenus

vero dicit indi

5ᵃ 2.

vero dicit in divisionē in multa numero catenus includit in se unitatē numericā.
Cū aūt unitas numerica sit duplex, altā realis altū obiectiva, rea: — *Numerica realis repugnat naturæ universali.*
lis quidē repugnat naturæ universali ut ostē di superius ergo unitas nu:
merica obiectiva quæ includatur in unitate formali positiva naturæ Univer:
salis. Natura enim universalis nō ē una numero res existens à parte rei, sed
potius ē multæ res, alia enim res ē in Socrate alia in Platone rē quia — *Natura univer. nō ē una numero à parte rei.*
identificatur multis singularibus. Est tñ una per cōsiderationē, quā:
tenus enim intellectus abstrahit eā à singularibus, in quibus et per quæ mul: — *Per singularia multiplica: tur.*
tiplicabatur, eatenus facit eā numero unā, quia illā considerat ut unū numero uni:
versale. Et hanc unitatem aliqui vocant unitatem præcisionis ....
alii unitatē obiectivā, quia per eā res ē numero una, ut ē obiectivè in in: — *Hanc unitatē quidā vo, cāt unitatē præcisionis, quidā obiectivam.*
tellectu. Ita cōstat prima particula definitionis.

Secunda particula ē, aptū ē. Hæc particula exprimit aptitudinē essendi in — *2ª Particula.*
multis, quæ ē quasi differentia essentialis, constitutiva et distinctiva universalis ab
omnibus aliis, universale enim per hoc quod ē aptū esse in multis, distinguitur ab omnibus — *Hæc particula ē quasi differētia essentialis.*
aliis, ut ex explicatione patebit. Est tñ hic inter Philosophos cōtroversia, an
sola aptitudo sufficiat ad cōstituendā essentiā universalis an vero requiratur — *Utrū sola aptitudo sufficiat ad cōstituendā essentiam universalis, an requiratur ipse*
etiā ipse actus essendi in multis. Aliqui putant universale nō esse actu uni:
versale, nisi actu sit in multis, ac proinde dicunt universale quod actu quidē nō ē in multis — *actus*
aptū tñ est eē, non esse actu sed potentia universale. Probant. Quia universale ē quid
commune multis seu ē quod extendens se ad multa, at quod actu nō ē in multis
nō ē actu commune multis nec actu extendit se ad multa Ergo nec etiā erit
actu universale in multis. Alii autē quibus ego assentior dicunt universale esse
actu universale per aptitudinē actualē essendi in multis, nō vero per actualē exi: — *Universale essentia: le aptitudino in multis*
Autori Philos: stentiā in multis. Quod pr. tū autoritate quia Philoso: definit universale
per aptitudinē, nō per actū, idque nō solū in prima et secūda definitione sed etiā
in tertia in qua tñ videtur definiri universale per actū essendi in multis — *Philosophus per actum essendi in multis defi nit Universale et tamen per aptitudinē intelli git.*
ratioē. ut supra ostē di, tū ratione quia in omnibus quasi re videmus essentiā
rei constitui per aptitudinem operandi non per actualem operationem.
Essentia enim caloris ē esse calefactivū nō vero calefacere, essentia
lucis ē esse illuminativā nō illuminare actu, ita ut calor sit vere actu
et essentialiter calor etiamsi nō calefaciat actu, similiter et lumen etiamsi nō illuminet. Ergo et essentia univer:
salis cōstituetur per aptitudinē ad essendū in multis nō vero per actualē existē:
tiā in multis. Tū ratione quia natura abstracta à singularibus
nō existit in singularibus ut hic. vel ergo erit formalr singularis vel
formalr universalis inter universale enim et singulare nō datur medium — *Inter universale et sin: gulare nō datur me: diū.*
sed nō ē singularis quæ abstracta à singularibus ergo ē univer:
salis per solā aptitudinē.

Ad rationē primæ sententiæ R. Universale eē in actu cōtingit dupliciter — *Univer: duobus modis dupliciter esse cōtingit.*
uno modo in actu primo, alio in actu secūdo, actus primus ē forma quæ cō: — *Actus primus quid ē*
stituit rē in actu, actus secūdus ē operatio quæ cōstituit rē actu operantem — *Actus secundus quid ē.*
Ita advertur ab Averroe actus essentialis quia per suā formā et diffe: — *Actus 1ᵘˢ dr̃ essentialis*
rentiā essentialē res habet eē in actu primo, hic dr̃ actus accidentalis — *2ᵘˢ dr̃ accidentalis*
quia operatio ē accidens rei. Dr̃ etiā ille primus hic secūdus quia rei prius conve:
nit actus essentialis postea accidentalis Dā ergo universale per aptitudi:
nē ē actu universale in actu primo, per actualē aūt existentiā ē — *Ex simplū ut universali actus.*
actu universale in actu secūdo. Sicut lucidū quatenus in se habet lucē

dē lucidū per actu primo, quatenus vero lucet aliis producendo lumen dē lucidū in actu secundo.

3a particula. Tertia particula ē. Esse in. Hac particula spectat ad differentiā cōstitutivā universalis, et denotatur per eā universale habere modū quendā essendi qui ē esse in multis. Sed quoniā varii sūt modi esse in alio, ideo natura universalis nō quomodocunque ē in multis sed ē in multis per modū naturae et essentiae et scilicet sit essentia multorū.

Per hanc particulā denotatur modus essendi in multis. *Varii modi essendi in alio.*

Modus aūt quo essentia est in re cuius ē essentia ē modus per identitatē. Essentia enī identificatur cum re cuius ē essā, quare et natura universalis erit in suis inferioribus per identitatē, unde et praedicabitur de illis per identitatē, ut cū dico Socrates ē hō et hō ē Socrates, hō enim ē Socrates ē eadē res quae hō et hō ē eadē res quae est Socrates licet nō adaequate et cōvertibiliter. Et per hunc modum essendi in multis universale distinguitur ab omnibus aliis universalibus. Ex. aīa rationalis una existens ē in multis partibus corporis tota in toto, tota in qualibet parte, nō tn̄ ē universale in essendo, quia nō ē in multis tanquā essā seu tanquā cōstituens essentialiter ipsa multa, partes enim corporis habent suā essentiā absque aīa, sed ē in omnibus partibus corporis per informationē tanquā forma in multis partibus materiae, nō tanquā essentia in suis inferioribus. Similiter idē corpus successive ē in multis locis nō tn̄ est universale in essendo quia nō ē in loco tanquā essā rei in re sed tanquā locatū in loco vel cōtentū in cōtinente.

Modus ē per identitatē. Essentia identificatur cum re. Natura erit in suis inferioribus per identitatē. *Exemplū animae rationalis in corpore.* *Anima ē in multis partibus per informationē.*

4a Particula. Ultima particula ē. Multis. Haec particula cōplet et absolvit differentiā cōstitutivā universalis, solet enim universale debere inesse in multis. Difficultas tn̄ ē quoniā nō hic multa accipienda sint, nō enim possunt accipi pro quibuslibet multis, sic enim natura divina esset universalis, quia una existens est apta esse in multis personis Patre, Filio, et Spiritu S. at natura divina cū essentialiter sit singularis, et una numero nequit esse universalis. Multa igitur dupliciter accipi possunt. 1. Formaliter ut sint multa participando illā naturā cōmunē quo singularia sūt multa sub natura universali quia cōtrahunt ad se atque adeo multiplicant per suas differentias individuales naturā cōmunē. Ex. Socrates Plato [illegible] sūt multa sub natura hominis universalis quia alius hō ē Socrates alius Plato. Per aliā enim differentiā individualē cōtrahitur natura humana ad Socratē per aliā ad Platonē [illegible] quia ista cōtractio fit per identitatē ideo cū natura humana identificetur multis singularibus realiter distinctis fit etiā ut fiat multiplex realiter. Secundo nō multa accipi possunt materialiter et scilicet nō sint multa in illa natura universali quā participant, sed in aliqua alia ratione et hoc modo natura divina ē in multis personis.

Haec particula absolvit differentiā cōstitutivā universalis. *Dubitatio de multis.* *Multa dupliciter accipiuntur. 1o Formaliter.* *In natura universali cōtinentur singularia multa.* *2o modo. Materialiter.*

Objectio. Dices. Cur natura humana identificata multis singularibus multiplicatur, natura vero divina identificata multis personis nō multiplicatur.

Responsio. R. Alia ē ratio de personis divinis, alia de singularibus. Singularia enim quatenus singularia cōtrahunt ad se naturā per varias et multiplices differentias individuales ac proinde illā distrahunt in varias ac multiplicant quia propriū differentiae individualis ē facere naturā hanc et nō illā huius et nō illius. At vero personae divinae quatenus personae nō cōtrahunt ad se naturā sed solū in natura cōtracta et facta singulari existunt. Cū ergo dr̄ in definitione naturā universalē eē aptā esse in multis, intelligendū ē de multis formaliter. Talia aūt multa sūt inferiora respectu superiorū. Unde idē ē naturā universalē eē in multis atque si diceremus esse in multis inferioribus. Et ex his patet definitio universalis.

Personae divinae nō multiplicantur. *In definitione multa intelligendū ē formaliter.*

Ex dictis in

Ex dictis in explicatione definitionis Universalis colliges primo perspicuam explicationem praedictae definitionis quae ita se habet. Universale est id quod est natum una unitate formali positiva includente, unitatem numericam obiectivam. Aptum est, id est natura apta in actu primo esse in, id est inesse per identitatem et tanquam essentiam multis id est multis secundum illam naturam communem v.g. natura humana est universalis quia est una unitate formali positiva includente numericam obiectivam, apta in actu primo esse per identitatem et tanquam essentia in Socrate Platone etc. quia sunt multa in eadem natura humana sunt enim multi homines.

5. 3. Collige 1° ex his quod

Aptum est

Esse in multis.

Secundo Colliges. quod sit universale in praedicando unum cum et idem est universale in essendo et in praedicando quatenus enim inest, dicitur universale in essendo, quatenus vero dicitur in esse seu praedicatur dicitur universale in praedicando, ergo praedicari supponit ad inesse propria passio suum subiectum sicut risibile ad rationale ideo enim aliquid praedicatur de re quia illi inest hinc fit ut universale in praedicando sequatur universale in essendo tanquam propria passio illius. Unde definitur a Philosopho esse id quod aptum est praedicari de multis.

Collige 2° ex his

Prout inest dicitur in essendo

Ut dicitur inesse dicitur universale in praedicando.

Tertio Colliges. Falsam esse sententiam Nominalium qui putant solas voces esse universales, non vero res ipsas cum tamen praedictae definitiones universalis non vocibus sed potius rebus ipsis quae vocibus significantur et denominantur universales conveniant hanc peculiari quaestione sententiam hanc refellemus.

Collige 3°

Sententiam Nominalium falsam.

QUÆSTIO QUINTA.
AN RES VEL SOLA NOMINA SINT UNIVERSALIA.

Prima sententia est Nominalium quae ut constat ex eorum antesignano Occamo. 1 dist: 2. quaest: 4. et 8: parte sua Logicae c: 14 et 15 et 9 Quotlibeto. 5. qua: 12 contendunt universalia nihil aliud esse quam voces seu terminos communes qui de pluribus praedicantur, nullas autem dari naturas universales, quae vocibus communibus immediate significentur, ita ut haec vox: homo: v.g. animal, non significet aliquam unam naturam communem pluribus quae de illis praedicetur sed immediate significet illa plura particularia et de illis immediate praedicatur.

Nominales dicunt esse voces

Secunda sententia est communis D. Thomae Alber: Scot: et reliquorum Philosophorum realium tam Latinorum quam etiam Arabum et Graecorum ut refert Polet: hic quaest: 2. asserentium Universalia non esse plures voces seu conceptus sed naturas aptas esse in multis immediate significatas per voces universales ita ut proximum et immediatum significatum v.g. huius vocis homo non sint singularia ipsa Socrates Plato etc. sed natura quaedam communis illis, significatum vero mediatum et remotum sint illa singularia quibus talis natura inest.

Hi dicunt non esse voces, seu conceptus, sed naturas aptas esse in multis immediate significatas per voces

Et haec sententia est vera Probatur 1°. ex Philoso: 1° post: 43. et alibi saepe, scientiae non sunt de ~~universalib.~~ singularibus. sed de Universalibus. nec dicuntur esse de vocibus sed de rebus excepta Grammatica et Rhetorica Ergo universalia ex sententia Philosophi distinguuntur a singularibus et a vocibus, item 1° Perihermenias cap: 5. expresse habetur res, alias esse universales *alias particulares*. Item in praedicamento substantiae dividitur substantia in primam et secundam id est in particularem et universalem At vox non est substantia nec prima nec secunda Ergo. Voces item non sunt eadem apud omnes 1°. perihermenias cap: 10. Universalia vero sunt eadem apud omnes, alias non essent eadem scientiae in Polonia et Lituania. Universalia sunt ubique et semper 1°. post: 43 sed nomina non sunt ubique et semper ut constat. Ergo. Item Universalia sunt necessaria et ex necessitate insunt rei 1° post: 11 sed nomina non sunt eiusmodi. Item Universalia non percipiuntur sensu 1° post: 35 at nomina percipiuntur auditu. Item difficillima cognitu sunt quae sunt maxime universalia, ut pote remotissima a sensu, sed haec nullo modo conveniunt nominibus sed rebus. Item destructis

~~Immediatum et proximum~~ Mediatum et remotum significatum sunt singularia quibus tal

Probatur 1°

Scientiae non sunt de singularibus sed de universalibus, nec dicuntur esse de vocibus sed de rebus. 2

Substantia dividitur in primam et secundam idem particularem et universalem 3

Voces non sunt eaedem apud omnes 4

Universalia sunt ubique et semper 4

Universalia sunt necessaria 5

Universalia non percipiuntur sensu 6

Quae maxime sunt universalia sunt difficillima. 7.

7

Destructis primis sub: stiis impossibile ē aliqd remanere. [universalia]

primis substātiis impossibile ē universalia remanere, ut habetur cap. de substātia at voces et noīa remanerent Ergo universalia sunt res praeter noīa et voces. Deniqȝ Philosophus in illa celebri disputatione quā 7 Mets. tex. 45 instituit cōtra Platonē aperte cū illo supponit universalia rerū materialiū esse veras res, nō noīa rerū illudqȝ tātū impugnat quod credidit Plato ea per se primo existere extra singularia materialia.

Probr 2o.

Ex definitionibus universalis praecedēte quaestione allat.

Noīa ipsa nec sunt in pluribus nec de pluribus dicuntur.

Secundo pr. ex definitionibus universalis praecedente quaestiōe allatis, quae nō noībus, sed rebus ipsis, quae rebus ipsis significātur proprie cōveniēnt, cū ipsae tātū in pluribus insint, et de pluribus praedicētur, noīa enim ipsa nec sunt in pluribus, cū singularia quaedā entia sint, nec de pluribus dicūtur nisi ratiōe rerū propter quas ponūtur. Quare tātū abest ut sola noīa dicenda sint universalia, ut si proprie loquēdū sit, nullo mō nomen universalis habeant, sed potius res ipsa quae noībus significātur, unde si noīa ipsa interdū universalia dicūtur, id nō proprie, sed figurate illis cōvenit, eo quod sint signa eorū quae proprie pluribus insunt et de pluribus praedicātur,

Noīa ipsa aliqn universalia dicūtur, sed improprie ut Caesaris statua Caesar ipse.

ac pro eis in ratiōe sumūtur, quo pacto Caesaris statua appellatur Caesar, et pro eo colitur, et calculi supponūtur pro Ungaricis dicūtur Ungarici improprie solū et figurate et hoc aperte indicavit Philosophus 1 Elen: c. 1. cū dixit qa res in disputationē adducere nō possumus noībus pro rebus ut signis utimur sicut in calculis numeri substituuntur. Tertio probr ex ratione definiendi et demostrandi,

Probr 3o.

Ex rone definiendi et demōstrādi

nā definitiones et demōstrationes nō fiunt primo et adaequate de re aliqua particulari significata per nomē commune, cū nō illi tātū, sed aliis etiā multis seu oībus particularibus cōveniat: nec etiā de ipso communi noīe, cū definitio nō declaret naturā communis noīs, nec demōstratio ullā eius proprietatē ostendat, fiunt

Definitiones et demōstrationes fiunt de re ipsa universali.

igr definitiones et demōstrationes de re ipsa universali, quae mediate significatur per nomē commune, et quae aequa ineste singulis particularibus, et de illis praedicatur. Confir: quia alias nulla esset distinctio Ethimologiae et definitionis nā eū de solū in eo distinguuntur, quod illa ē noīs, haec rei, certē si sola noīa definiuntur, et essent universalia, oēs definitiones essent Ethimologiae quod absurdū ē.

Probr 4o

Ex rone univocorū et aequivocorū quae tollitr plane si sola noīa sint universalia.

Quinto Ex rone univocorū, et aequivocorū quae planè tollitur, si sola noīa sint universalia, deberent enī oīa universalia ēē aequivoca, cū particularia significata per illa solū cōveniant in noīe, nō vero in aliqua una rone communi, in hoc universale esse dicitur, si nihil aliud ē, quā nomē commune, erit oē aequivocū cū aequivoca sint quae habent unū nomē commune multis ut gallus canis

Probr 5o:

Sicut noē singulare se hēt ad singularē rē, ita noīe universale ad rē universalē.

Sexto Sicut se habet nomē singulare ad rē singularē ita nomen universale ad rē universalē, sed in hac Enunciatiōe, Socrates ē hō, nomē Socrates significat rē hanc singularē quae dr Socrates Ergo etiā nomen hō, debet significare ratiōnē communē id ē naturā humanā communē oībus singularibus, aliqn parū nomē praedicaretur de Socrate, ac ita Socrates esset nomen.

Probr 6o.

Quia tollūtr illa de universalibus ut quod sit perpetua, necessaria difficilea cognitu,

Ultimo qa ex opposita sētētia nō solū tollūtur plurima receptissima de universalibus, ut quod sint perpetua, necessaria, difficilia cognitu, ut in primo argumēto deduxi, sed etiā tollūtur plurimae sētētiae aliae gravissimorū Philosophorū de universalibus quibus enim quaerat an hoc nomē, hō, fiat per cōparatione vel abstractione, an universalia sint abstracta a materia an sint corporea, an substātia vel accidens &c. Item secundū hos tollitur oīs suppositio communis et simplex in qa noīa dicūtur supponere pro rebus sub universalitate sumptis ut in hac enunciatiōe hō ē species. Item secundū hos si

Non poterunt solvi multa sophismata.

universalia nō sunt aliud ab universalibus ut vocibus, nō poterūt solvi haec et similia sophismata, aīal ē trisillabū et neutrius generis sed hō ē aīal Ergo, item hō ē species, Socrates ē hō Ergo. Deniqȝ sequūtur plurima absurda propter quae Nominales ut importunē gerelo Philosophorū talia obtrudētes reiiciātur

Obiectio 1a.

Prima Obiectio Philosophus: 7 Mets. 45 et sequētibus ait quā ut

species substan

species substantiae non esse substantias, non utique alia ratione, nisi quod genera et species sint tantum nomina quaedam multis singularibus substantiis communia. et 1 Polit. cap. 2 Quod disserere de optimo statu Reipub: nihil aliud esse quam de nobis disputare, nominaverat autem proxime regnum et Aristocratiam. Ad primum locum Resp. exitat minus recte ibi Philosophum quam quod genera et species substantiarum sunt pure nomina sensus eminentius loci est. genera et species primarum substantiarum non esse primo per se subsistentia in rerum natura ut putavit Plato, sed substantia in substantiis singularibus quas nos primas substantias vocamus. Ad secundum locum Resp. cum Fons: 5 Metis: cap. 28 quaest: 2 sect: 3 illum esse tantum modum loquendi quo interdum nomina usurpantur pro rebus. unde sensus illius loci est de optimo statu Reip: disserere nihil aliud esse quam disserere de nobis regni et Aristocratia: hoc est de regno et optimatum gubernandi ratione. accipit enim nomina pro ipsis rebus. sicut etiam est phrasis apud Hebraeos ut verbum pro rei ratione usurpetur ut 2° Regum 1° quod est verbum indica mihi, id est quam rem accidit. et Luc: 2 videamus hoc verbum quod est id est rem hanc a Deo factam et revelatam nobis.

Responsio ad primum locum Philosophi.
Genera et species primarum substantiarum non sunt primo per se subsistentia
Responsio ad secundum locum
Hic accipit nomina pro rebus ipsis.
Est etiam phrasis apud Hebraeos
Obiectio 2a

Secunda obiectio si universalia aliquid sunt, erunt media inter singularia et voces ipsas, at inter voces et singularia nihil mediat praeter conceptum purum mentis ut patet tum ex Philo: 1 Periher: c. 1. cum ex communi aliorum consensu qui haec quatuor solum statuunt. Res. Conceptus, vox. Scriptura. Ergo universalia non dantur distincta a vocibus communibus. Resp. naturam universalem cum sit ea per vocem communem, mediate esse quod medium, inter vocem et singularia, quae mediate significantur. Ex quo patet inter vocem et singularia mediare, non solum conceptum formalem mentis, sed etiam obiectivum, illi respondentem, id est naturam, ipsam communem, quae per conceptum formalem mediate concipitur. Itaque universale est conceptus obiectivus immediatus, respondens conceptui formali, id est quod medium, non solum inter vocem et singularia sed etiam inter conceptum formalem et singularia ipsa. v.g. qui intellectus intelligit hominem, format quendam conceptum formalem hominis, cui conceptui respondet immediate non quidem homo singularis sed natura a singularibus abstracta aptaque inesse multis singularibus. quae natura dicitur conceptus obiectivus, et est universalis deinde vero illi conceptui formali mediante hoc obiectivo respondent etiam singulares homines.

Responsio natura universalis immediate est quod medium inter vocem et singularia
Nota hic.
Quid sit universale
Est conceptus obiectivus immediatus, respondens conceptui formali.
Huic conceptui respondet non homines singulares sed natura a singularibus abstracta aptaque inesse multis singularibus. Et haec natura dicitur conceptus obiectivus.

QUÆSTIO SEXTA
UTRUM UNIVERSALIA EXISTANT IN REBUS.

Constat ex dictis potissimum quaestionis. quid nam sint naturae universales in specie, superest ut quaeramus, ubinam existant in rebus, sive in singularibus, an extra singularia. quae quaestio gravissima est, soletque sub variis titulis proponi. An scilicet detur universale a parte rei. An sit in singularibus aliqua natura quae secundum se sit universalis et non ex operationibus intellectus. An universalia sint naturae in singularibus. An existant in rebus. Quae omnes quaestiones in unam et eandem coincidunt. Ut autem clarius intelligas sensum quaestionis Nota triplicater accipi universale primo fundamentaliter, pro natura ipsa reali quae subest universalitati et apta est effici universalis et tale universale est natura, in ratione naturae considerata, id est secundum sua praedicata essentialia. Secundo formaliter pro natura reali facta universali seu contracta ad rationem et statum universalis et tale universale est eadem natura ut affecta universalitate quae universalitas consistit in unitate et aptitudine ad essendum in multis Tertio Relative prout universale dicit relationem ad sua inferiora et tale universale est natura facta universalis prout inest suis inferioribus. vel sunt comparata ad sua inferiora

Quaerit ubinam existat natura universalis
Tituli sub quibus proponitur haec quaestio:
Universale tripliciter accipitur
1. Fundamentaliter pro natura ipsa reali secundum sua praedicata essentialia.
2 Formaliter ut contracta ad rationem universalis.

Cum igr quaerimus an universalia sint in singularib. nō quaerimus de universalib. fūdamētaliter acceptis sic enim indubitatū ē vsalia eē in singularib. nō enī alia sūt natae universales quā quae existūt in singularib. & sic ē intelligēdus Philoso: cū docet universalia nō eē extra singularia

Non sunt aliae naturae universales quā quae in singularibus

Et rō huius ē, qa essa rerū nō sūt extra res, sed universalia sūt essa singularium Ergo nō sūt extra singularia sed in ipsis singularib. Est igr

Univer: sūt essa singulariū.

quaestio de universali formaliter accepto an scilicet universalia nō solū in rōne naturae sed etiā in rōne universalitatis existāt in singularib.

Prima sentētia est eorū q asserūt naturā in singularib. existētē esse actu & formaliter universalē seu in singularib. habere suā universalitatē Itaqdā recētiores qui etiā tribuūt hanc sētētiā Scoto praecipue 7 Metaps quae: 18. sed immerito ut statī dicā.

Secūda sētētia praecedēti opposita, ē eorū q negāt naturā in singularib. existētē esse actu & formaliter universalē ita ut suā universalitatē habeat in singularib. licet enim natura quae existit in singularib. sit actu & formaliter universalis, nō tn̄ ē actu et formaliter universalis in singularib. sed extra singularia seu prout ē abstracta a singularib. ut infra patebit. Ita sētiūt in primis S. Thom: opus: de Ente & Essā c. 4. Caiet: ibidē Scot: 2. disti: 3 quae: 1 & 7 Met: q: 18 et cōmuniter Thomistae & Scotistae.

Est universalis prout ē abstracta a singularib.

Quare immerito Caiet: imponit Scoto quod existimet universalia esse actu universalia in reb. cū verbis expressis id neget supra. Conveniūt enī Thomistae cū Scotis: in eo nēpe quod natura a parte rei sit una unitate formali negativa, quā Scotus vocat unitatē minorē unitatē numerali. differūt aūt in alio quod Scotus et Scotistae dicūt naturā a parte rei habere nō repugnātiā ad essendū in pluribus ac proinde cōmunitatē quādā. Thomistae vō id negāt aliōqui natura eēt actu universalis in rebus si haberet in rebus nō repugnātiā ad essendū in multis.

Natura a parte rei ē una unitate for: negativa.

Nota pro solutione argumentorū 5 Met: c 1. S. Thom: de Ente & Essā ca: 4. Caiet: ibidē. Scot: 7 Metaps: q: 18. Capreolo 1 dist: 8. quae: 2. Fons: 5 Met: c 28 q: 3 sect: 3 naturā posse cōsiderari in triplici statu

Natura cōsideratur in triplici statu

1° absolute ut natura ē et ut sic nō includit nisi praedicata essentialia & quae ad essam cōsequuntur. v.g. nata humana secūdū quod ē rationalis, risibilis, flebilis etc. 2° prout ē in singularib. ut natura humana secūdū quod ē Socratis Platonis etc. 3° prout ē abstracta a singularib. ut eadē natura humana prout ē abstracta a Socrate Platone etc.

1 Absolute et sic tantū includit praedicata essētia.
2 Ut in singularib. est.
3 Ut ē abstracta a singularib.

Huius distinctionis et triplicis cōsiderationis naturae fūdamentū ē hoc, qa quando unū nō ē de rōne alterius potest illud sine alio cōsiderari. Cū igr nō sit de intrinseca rōne naturae v.g. humanae ut sit vel in singularib. vel in intellectu, cū hoc nō ponatur in eius definitione ut patet, potest natura & in se cōsiderari secūdū sua essētialia tantū, et etiā ut ē in singularib. & demū ut ē in intellectu. Porro inter has tres acceptiones

Fundamentū huius divisionis triplicis

haec ē differentia, quod natura absolutè nec ē una numero nec plures numero, sed abstrahit ab utroque qa potest eē & una numero in Socrate v.g. et plures numero in Socrate et Platone Itē nec ē universalis nec particularis sed potest effici tā universalis quā particularis

Quae ē differentia inter has acceptiones.

Si enim est

Si enim esset natura ut natura singularis et una numero, nullo
modo posset effici universalis et multiplex numero et e contra. Natura vero
in singularibus existens est una numero et singularis, natura demum extra — natura extra singularia existens est universalis.
singularia existens est una formaliter et universalis ut patebit in progressu
His positis Dico 1°. Natura absolute accepta, seu natura quatenus natura est — Assertio.
id est secundum sua praedicata essentialia nec est universalis nec singularis
Explicatur Assertio. Licet non detur ulla natura quae de facto non sit universalis — absolute nec est universalis nec singularis.
vel singularis, tamen natura ex sua essentia nec est universalis nec singularis sed
abstrahit ab utroque: sicut etiam nullum animal datur in mundo quod non sit vel
rationale vel irrationale, et tamen animal quatenus animal, hoc est secundum essentiam
animalis, nec est irrationale nec rationale. Sic explicata assertio probatur
efficacissime 1°. Quidquid convenit alicui secundum se et quatenus tali, illi semper — 1. Probatur
et ubique convenit, ut quia rationale convenit homini secundum se ideo semper et ubique
illi convenit, sed esse universale vel singulare non convenit naturae semper et ubique
Ergo non convenit illi secundum se. Minor patet quia si semper et ubique conveniret naturae
esse universale nunquam posset esse singularis quod est contra experientiam. Natura
namque humana in Socrate est singularis et sic in ceteris. Si vero semper
et ubique conveniret illi singulare esse nunquam posset esse universalis quod
tamen constat esse falsum, natura enim humana est praedicatur de pluribus, est singu:
laris. et singularis enim non posset de pluribus praedicari. 2° quidquid conve: — 2 Probatur
nit naturae ut natura est convenit illi essentialiter, altero est duobus modis
vel formaliter quia in formalitate ipsius naturae et essentiae includitur ut genus — vel formaliter
et differentia quae sunt praedicata essentiam ipsam constituentia vel causaliter quia ex — vel causaliter
principiis essentiae causatur et oritur, ut risibile quod causatur et sequitur ad
essentiam hominis, sed universalitas et singularitas non conveniunt naturae essen:
tialiter ergo non conveniunt naturae quatenus natura est. Maior patet quia natura,
ut natura dicit tantum essentiam Ergo quidquid competit naturae ut natura est competit illi
seu essentialiter. Minor patet quia si universalitas competeret naturae essentialiter
impossibile esset naturam effici singularem, singularitas enim et universa:
litas sunt contraria, et cui competit essentialiter unum contrariorum non potest
competere alterum. Si item natura essentialiter esset singularis impossibile esset effici universalem,
eodem argumento, at natura nunc est universalis, nunc singularis ut patet
ex 1° argumento Ergo neutrum illi convenit essentialiter et secundum se. 3°. quidquid — 3. Probatur
competit naturae ut natura est competit etiam omnibus participantibus illam na:
turam sed universalitas non competit omnibus participantibus naturam Ergo non competit naturae
Maior patet quia quaecumque conveniunt alicui quatenus tale est conveniunt illi
semper et ubique, ut quia convenit homini quatenus homo est, esse rationale vel
risibile semper et ubique homini idem competit. Minor vero probatur quia singu:
laria participant naturam. at singularibus non competit esse universalia
ergo non omnibus participantibus naturam convenit esse universale.
Ex his colliges 1°. Naturam quatenus natura est nec convenire nec repu:
gnare universalitati, tum quia natura ut natura abstrahit ab utroque et est quasi
utrumque indifferens, natura enim ut natura solum dicit praedicata essentialia — alia quae non sunt essentialia nec excludit
alia vero quae essentialia non sunt nec includit nec excludit. 2° naturam esse

Universalitas naturae per accidens advenit.

universalē aliūde ē p accidens hoc ē universalitas ē qd superadditū naturae sicut albedo ē qd superadditū parieti. Rō ē. quia qdqd cōvenit naturae vel cōvenit illi ex sua essa vel extrinsecus seu vel ab intra vel ab extra sed universalitas nō cōvenit naturae ex sua natura Ergo extrinsecus aliūde debet illi cōpetere sicut qa albedo nō fluit ex natura parietis debet illi extrinsecus advenire. 3º. universalitatē ita cōvenire naturae ut possit ab ea separari. Rō ē qa unū cōtrariū tollitur p adventū alterius sed singularitas ē universalitati cōtraria Ergo hoc per istius adventū tolli potest maxime qa natura quae ē indifferens tā ad singularitatē quā ad universalitatē. 4º. Natura nō ē universalē p se, nec primo nō per se, aut secūdo mō p se quos facit Philosophi 1 post. qa illa cōveniūt p se primo mō rei quae sūt ei essentialia ut aial et rationale cōpetūt hoī primo mō p se. Illa vero dicūtur p se competere secundo modo rei quae fluunt ab essentia illius ....

Quae sunt in natura primo modo per se
Quae sunt sedo mō p se.

ut risibile cōpetit hoī, at universalitas nec ē praedicatū essentiale naturae nec cōsequens essa ut ostēsū ē Ergo nō cōvenit naturae p se.

Natura humana cōtrahitur p differētiā individualem

Ante secūdā assertionē Nota naturā v.g. humanā cōtrahi ad individuū v.g. Socratē p differētiā quadā individualē ipsius individui v.g. Socratis sicut natura aialis cōtrahitur ad hōem p differētiā essentialē hōis nēpe rationalitatē. hoc aūt differa individualis seu singularis in eo essētiatr cōsistit ut faciat naturā esse hāc numero, et proinde distinctā ab aliis naturis, ita ut sicut Socrates p hāc differētiā individualē ē distinctus ab aliis oībus hōibus ita et natura Socratis p eādē differētiā individualē cōtracta efficitur distincta à natura Platonis humana et aliorū hōium. Hinc fit ut vere dicamus naturā Socratis nō esse naturā Platonis quia videlicet natura in Socrate p differētiā individualē facta ē ei propria id aūt quod ē propriū Socratis nō potest nisi illi soli cōvenire unde natura humana in Socrate nō habet aptitudinē ad essendū in Platone qa iā nō esset propria Socratis sed cōmunis utrique at hoc ē cōtra rōnem singularitatis haec enim determinat naturā ad unū tātū. Et haec annotatio est fundamentū sequētis Assertionis.

ASSERTIO 2.

His Ergo positis Dico 2º. Natura in uno aliquo singulari existens v.g. natura humana quae ē in Socrate nō ē actu et formaliter universalis ita authores supra. Pr 1º ex ānotatiōe quia natura existēs in aliquo

Probr 1º.

singulari licet sit una, nō tn ē apta esse in multis, quod requiritur ad essentialē rationē universalis. Quod aūt nō sit apta esse in multis. Probr

Quod nō sit apta esse in multis pr 1º.

1º. Quia natura facta singularis nullā habet aptitudinē ad essēdū in multis sed natura in singularib. existēs, ē natura facta singularis Ergo nullā habet aptitudinē ad essēdū in multis atq p cōsequens nō ē universalis. Maior qa hic ē proprius et essētialis effectus singularitatis facere naturā, ita esse hāc, ut nō aliā, ita esse huius ut nō alterius. Ergo impossibile ē ut natura facta singularis habeat aptitudinē ad essēdū in aliis singularib. Minor ē perspicua. Confirma:

Singularitas tollit a natura aptitudinē ad essēdū in multis.

quia singularitas tollit a natura oēm aptitudinē ad essēdū in multis ut cōstat ex ānotatiōe. Et haec rō ducta à singularitate ē à priori et ea nituntur sequētes. 2º qa nulla aptitudo in rerū natura existit ad impossibilia sed impossibile ē naturā humanā quae ē in Socrate ēē in Platone Ergo in natura humana Socratis nō datur talis aptitudo et cōsequēter

naturae

natura existens in uno singulari nō ē apta esse in multis. Maior
patet qa nō datur potentia ad impossibilia, sed ad impotentiā, tū qa ōis po:
tentia potest reduci ad suū actū Ergo habet actum possibile ad quē ordinatur. Minor
qa dupliciter possumus fingere naturā humanā quae ē in Socrate esse
in Platone. 1° ut relinquat esse Socratis et acquirat esse Platonis et
quasi trasferatur de Socrate ad Platonē 2° ut nō relinquendo esse So:
cratis acquirat esse Platonis, sed utrumqz implicat manifestā cōtradicti:
onē. Primū qdē qa sequeretur eadē naturā simul esse ē nō esse. Esse
ex suppositione qa supponitur esse in Platone. Nō esse qa amittit suū
esse quod habebat in Socrate. sed naturā amitti suū esse ē corrumpi,
sicut acquirere esse ē generari Ergo natura ista simul generaretur ē
corrumperetur. Secundū etiā implicat cōtradictionē, qa sequeretur
eadē naturā esse hac et nō hac. quae sūt cōtradictoria. Pt qa natura
Socratis quatenus ē cōtracta ad Socratē ē una numero et cōsequen:
ter ē ita haec ut nō sit alia. unū enim numero ē indivisū in se et
plura numero ē distinctū ab oībz aliis. Ac proinde natura haec So:
cratis ita ē haec nempe Socratis ut non sit alia nempe Platonis....
In Platone vō natura ē haec nempe Platonis ut nō sit alia nempe Socratis
Si ergo eadē ē natura Socratis et Platonis sequitur eandē et eadē
naturā esse Socratis et nō Socratis itē esse Platonis et nō Platonis.
quae sūt cōtradictoria, qa per differentiā individualis Socratis ita ef:
ficitur Socratis ut non sit Platonis et ā differentia individuali Platonis ita
efficitur Platonis ut nō sit Socratis. Confirm. Si natura humana
Socratis posset esse in Platone, sequeretur Socratē posse esse Platonē
Probr quia Socrates ideo dr Socrates qa habet naturā humanā cōtra:
ctā p differentiā Socratis, sed idē Socrates habet eadē naturā huma:
nā cōtractā per differentiā Platonis Ergo simul erit Socrates et Plato quod ē impossibile
3° Si natura in singulari existens ē apta ad essendū in pluribz simul e:
rit universalis ē singularis. Singularis quatenus Socratis ē, universalis qua:
tenus ē apta esse in multis, at hoc ē impossibile qa duo cōtradictō:
ria simul ē semel uni naturae cōpeterent 4. Natura intrinsece determina:
ta ad unū tātū, nō est apta esse in pluribz. sed natura in uno singulari existens
ē intrinsece determinata ad unū tātū singulare Ergo nō ē apta ēe in pluribz. Maior qa na:
tura apta ad essendū in multis ē esse indeterminata in multa, at natura intrin:
sece determinata ad unū, nō ē indeterminata ad multa, qa ista opponun:
tur Ergo natura intrinsece determinata ad unū non est apta esse in multis
Minor quia natura p differentiā individualē determinatur ad unū
tātū. Dixi intrinsece, quia nō debes cogitare naturā humanā in So:
crate esse in re distinctā actualiter à singularitate eius ē Socratis
unde sequatur extrinsece quodāmodo esse singularem qa ē singularis
p aliquod à se distinctū sicut paries ē albus per albedinē, et materia rerū
materialiū, informata p formā. Hoc enim nō ita ē, qa in re nulla ē
distinctio actualis, inter naturā et hanc naturā, sive inter naturā huma:
nam ē naturā Socratis, qa hae in re sunt una simplicissima Entitas, habes
unā simplicissimā naturā, in qua cōtinentur oēs gradus naturae superioris et inferioris
ut gradus sensitivus rationalis et intellectualis sicut in lumine solis cōtinetur
vis illuminativa ē vis calefactiva p eādē in Entitatē sol ē illuminat ē calefacit

Natura duplr fingit[ur] esse in alio.

Eadē sequeretur Socratē esse Platonē.

Esset simul universalis et singularis.

Natura extrinsece determinata ad unū tātū singulare

In sole vis illuminativa et calefactiva

Quod si nos distinguimus unu gradu ab alio formal^r ut cu dicimus animalitate no esse rationalitate, vel singularitate formal^r, ea distinctio actualis fit ab intellectu, cu fundamento tn ex parte rei, qa intellectus potest unam formalitatem rei aequaletem multis formalitatib. distinctis conceptibus concipere.

Distinctio rationalitatis et animalitatis e ab intellectu.

Sicut Deus licet sit una simplicissima formalitas qa tn aequalet multis formalitatib. quae possunt esse distincta, ideo multa in deo distinguimus formal^r. Unde aliqua distinguuntur formaliter formalitate concepta o praecisa per intellectum. aliqua vero formalitate reali in re existente gradus qr individualis priori modo distinguitur formal^r ab aliis gradib. no posteriori. Unde sequitur naturam in Socrate esse intrinsece singularem ~~determinatam et indeterminatam~~ diversa ratione.

Aliqua distinguuntur formalitate concepta o praecisa per intellectum. Aliqua formalitate reali.

R^nt ad superiora duo argumenta adversarii. Naturam Socratis esse universalem o singularem determinatam et indeterminatam diversa ratione. Na ratione sui seu quatenus antecedit sua contractione ad Socratem e universalis o indeterminata ratione vero contractionis ad Socratem e singularis et determinata esse ado universalem et singularem determinatam o indeterminatam diversa ratione no e absurdum. Contra 1°. Hoc modo contradictoria possunt esse simul vera dicendo quod paries simul sit albus o no albus. Albus quatenus habet albedinem, no albus ratione sui quatenus antecedit albedinem.

2° Natura humana Socratis ratione sui/ ~~sui quatenus antecedit~~ contractionem/ no e universalis et apta esse in plurib. nisi negative o remote ut supra dicta. R. Licet sit verum naturam humanam Socratis ratione suae essentiae no esse determinatam, tn huius propositionis scilicet natura humana Socratis ratione sua essentiae no e determinata, no e hic sensus, quod no habeat determinationem sed potius quod habeat, no tamen procedentem ab ipsa essentia naturae humanae unde no negatur determinatio sed causa determinationis quia negatur natura esse causa determinationis o sic cu dico parietem quatenus paries e no esse album no nego albedinem esse in pariete sed nego illam albedinem quae e in pariete oriri ex essentia parietis o ei convenire quatenus paries e quare et paries simpl^r e albus no vo no albus et natura humana Socratis simpl^r e determinata no vo indeterminata.

Negative o remote.

quatenus e contracta ad individuum.

Ex hac assertione sic confirmata dissolvi possunt fundamenta 1^ae sententiae nominalium assertentium naturam in singularib. existentem esse actu o formal^r universalem seu in singularib. habere sua universalitatem. Sed operaepretium erit ea in forma proponere o dissolvere.

Prima obiectio.

Quae e praecipuum praedictae sententiae fundamentum natura una et apta esse in multis, e formal^r o actu universalis, sed in singularib. datur natura una et apta esse in multis. Ergo in singularib. datur natura formal^r o actu universalis. Maior e propria: qa illa e definitio universalis formal^r. Minor. Quatuor viis pbr. 1^a est, quia natura in uno singulari existens ut in Socrate est una no solu numerice, sed etiam formal^r positive. Et etiam e apta esse in plurib. Quod sit una numerice patet, quod sit una formal^r, probr. tu qa no e multiplex formal^r Ergo e una formal^r, tu qa unu formal^r e indivisum in essentia, sed natura quae e in Socrate e in se indivisa in essentia Ergo e una formal^r, quare no solu e una unitate numerica, sed etiam una, unitate formali, qa no solu e indivisa in multa numero, sed etiam in multa essentialiter distincta. Quod sit una formal^r positive, patet, tu qa e una simplex Entitas, no multiplex quae includit unitatem numericam realem. Quod aut sit apta esse in multis P^r 1°. Natura ex se indifferens ad multa, e apta esse in multis sed natura humana in Socrate e ex se indifferens ad multa. Ergo e ex se apta esse in multis. Maior patet. qa natura per intellectum abstracta solu propterea e apta esse in multis qa e indifferens ad multa et propter hoc solu e universalis. Minor probatur.

quia natura

qa natura humana Socratis ex se nõ ẽ magis apta esse in Socrate quã in Platone ⁊ æquè potest determinari quãtũ ẽ ex parte sua per differẽtiã individualem Platonis sicut per differẽtiã individualẽ Socratis Ergo ex se ẽ indifferẽs ad essendũ in multis 2º vel naturæ humanæ quæ ẽ in Socrate quatenus na: tura humana ẽ repugnat esse in Platone vel nõ repugnat Si repugnat Ergo impossibile erit naturã humanã esse in Platone, qa quæcunq repugnat naturæ quatenus natura ẽ repugnat essẽtialiter, semper et ubiq repugnat, sic quæ repugnat essentialiter Si vero nõ repugnat Ergo natura humana quæ est in Socrate erit apta ẽẽ in multis quod est nõ repugnare est aptũ convenire rei. Secũda via probãdi dari naturã in singularib. unã et aptã ẽẽ in multis ac proinde actu et formaliter universalẽ est, qa natura quæ ẽ in multis singularib. ẽ una et apta esse in multis. Ergo est actu essẽ for: maliter universalis. Quod natura v.c. humana in multis singularib. v.c. Socrate et Platone sit una formaliter. probr̃ Iũ quia nõ est indivisa essentialiter, Socrates enim essentialiter non differt à Platone Ergo est una formaliter. Iũ qa nõ ẽ multiplex formaliter Ergo ẽ una formaliter. tũ quia vel natura humana Socratis differt à natu: ra humana Platonis in ratione naturæ vel in ratiõẽ huius naturæ nõ in rõne naturæ qa quidquid rationis naturæ cõvenit Socrati, cõvenit etiã Platoni Ergo tãtũ differt in ratiõẽ huius naturæ qa natura in Socrate ẽ hæc natu: ra per hãc differẽtiã individualẽ Socratis, natura vero quæ est in Platone est hæc natura per differẽtiã aliã individualẽ nempe Platonis Ergo cõveniunt et sunt unũ in rõne naturæ in communi ⁊ absolute ⁊ cõsequenter natura humana in illis ẽ una for: maliter. Iam quod natura humana in illis sit apta esse in multis. Pr. qa actus essendi in multis supponit aptitudinẽ essendi in multis sicut actus ca: lefaciendi supponit aptitudinẽ calefaciendi sed natura humana actu ẽ in So: crate ⁊ Platone Ergo habet aptitudinẽ ad essendũ in multis.

Ad septimā Resp. definitionē interdū tradi p negationes duplici praesertim de causa 1° propter maximā definiti perfectionē ut cū Deus definitur immensus immutabilis infinitus etc. 2° propter magnā definiti imperfectionē qua de causa definitur materia esse id quod nō ē quantū nec quale etc. Cū igr accidens sit imperfectissimū praedicabiliū ut patet ex suo nō praedicari in quale contingenter ideoq p negationes definitur. Adde quod nō definitur p puras negationes sed etiā p aliquod positivū quod ē semp aut ē in subiecto subsistens. Adde etiā quod cū iā ēēt explicata natura accidentis praecedentib. definitionib. potuit in hac definiri p negationes.

Ad octavā Resp. Porphy. ponit illa verba semp aut ē in subiecto subsistens Aristot. vō inesse aut rei. Sed verba Porphy. ita intelligenda sunt. Semp aut ē in subiecto nō ut indicetur inseparabilitas accidentis, aut quod nō possit etiā nō inesse subiecto sed ut ait Alber: quod accidens dū ē semper sit cū in subiecto, extra quod nō

Intra nos accidens subsistens substā.

pōt existere. Dr aut subsistens id ē in haerens, nā subsistere pprie ē solius substā quae à substando seu à subsistendo dr, et ita melius hac in parte locutus ē Philosophus inesse aut rei.

Ex dictis collige 1°. Recte definiri accidens prima definitioē, quia ea recte

Recte definitur acciden prima diuisioē.

explicat naturā accidentis ut à proprio et ab aliis praedicabilib. distinguitur, nā genus, spēs, et diffra, nō possunt, neqz reatr, neqz per intellectū abesse à subiecto, absqz eius eversione: propriū vō quamvis possit per intellectū abesse absqz eversioē primariae pfectiōis, nō tn absqz eversioē secundariae et p consequens

Recte et secunda.

absqz eversioē eius indirectè. 2°. Recte etiā definiri accidens scdā definitioē, tūqz hac à prima vix, nisi solis verbis differt tū qz haec explicat naturā accidentis ut ab aliis unalib. distinguitur, nulli ū ex illis contingit eidē inesse et nō inesse, praeterquā accidenti communi, tū qz traditur p inesse, quae ē eius unalis, et nota posse hanc

Recte et tertia.

definitionē, ut et priorē intelligi Logicè et Physicè. 3° Recte etiā accidens definiri tertia definitioē, ex dictis solutioē ad septimā et octavā difficultatē. Nota aut secundā definitionē meliorē ēē hac ut ait Philosophus loco citato, tū qz illa ē affirmativa, haec data p negationes, tū qz illa sufficienter explicat qd velit dicere: haec

Obiectio.

aut nō pōt intelligi qn prius sciamus quid sit genus spēs. etc. Obiicies Cū propriū et accidens sint vere unalia cur à Porphyrio nō sint definita sub ratioē unalis et praedicabilis eo mō, quo nos supra definivimus. Resp. Definitio proprii quatenus unale ē colligi facile potuit ex illa definitioē. Propriū ē quod convenit oī soli et semp et de hac spē praedicatur, nā si de spē sua praedicatur consequenter et de inferiorib. spei, verum ipsorū ē unale Adde quod in capite de communitatib. fere definivit propriū unale, et praedicabile, accidentis vō definitio sub roe unalis clarissime colligi potuit ex definitionib. traditis à Porphyrio, siquidē quod adest et abest etc. et quod contingit eidē inesse. etc. praedicatur in quale contingenter quae ē definitio accidentis quatenus unale et praedicabile ē. Hactenus de Accidente et de secunda parte huius Introdu

TERTIA PARS INTRODUCTIONIS DE COMPARATIONE UNIVERSALIUM.

Hæc ē ultima huius libelli pars in qua de cōparatioē quinqȝ vnalium prædictorū̄ inter se quoad ea in qbus cōveniant et quibus differāt agit Porphyrius. 95.

CAPUT SEPTIMUM DE COMMUNITATIBUS ET DIFFERENTIIS PRÆDICTORUM QUINQ UNIVERSALIUM.

In hoc ultimo suæ introductiōis capite Porphyrius cōparat inter se quinqȝ iā supra explicata vnalia, exponēs ea in quibus cōveniāt et in qbus differant sed qz hæc clare ex dictis colligi possūt ac interdū vocetenus exponemus iis omissis duas huius loci proprias difficultates tātū discutiemus.

DISPUTATIO SEPTIMA DE CŌPARATIONE QUINQ UNIVERSALIUM.

QUESTIO PRIMA.

VTRUM UNIVERSALIA QUINARIO TĀTUM NUMERO DEFINIANTUR.

Etsi constās ē tū Porphyrii tū interpretū plerorūqȝ sententia vnalia quinario tātū numero definiri, nō desūt tā graves difficultates quæ huic quinario numero vel detrahāt vel addāt ponemus et dissolvemus præcipuas. Quod qr pauciora sint cōstituen̄ vnalia probari posse videtr. 1.º Qīa hæc quinqȝ cōveniūt in una simplici ratioē vnalitatis Ergo unū tātū vnale cōstituūt. Antecēs: qa unū quodqȝ horū ē unum in multis. 2.º Duo tātū sūt modi prædicandi scīt in Quid et in Quale, duo Ergo tātū cōstitui debent unalia. 3.º Philosophus 1.º Top: c. 4. et 7. quatuor tātū numerat prædicata, Genus, Definitionē, Propriū et Accidens at prædicabilia sūt prædicata erūt Ergo tātū quatuor. Quod pauciora sit

Quod vō plura quā quinqȝ sint ostēdi pōt 1.º Quia Philosophus loco citato nū prædicata numerat definitionē. 2.º qa divisio videtr eē aliud prædicabile sic n. prædicari pōt de diviso, aīal aliud ē hō aliud brutū. 3.º Prædicabile ē etiā prædicabile, sed prædicabile nec ē Genus, nec spēs nec diffrā, nec Propriū nec Accidens, sed supr hæc oīa Ergo ē sextū vnale. 4.º Prædicamenta sūt decē Ergo et prædicabilia. 5.º Datur etiā aliqd quod prædicatr de plurib. nec spē nec numero differētib. Ergo istud erit sextū prædicabile Antecēs: qa natura divina prædicatr de tribus psonib, at psonæ divinæ nec spē nec numero differūt qz sūt unus numero Deus. 6.º Præter modos prædicandi in Quid et in Quale, datr etiā modus prædicandi in Quātū, ut Quātus ē Socrates. respōdetr. bicubitus. Ergo præter quinqȝ vnalia quæ prædicātr in Quid et in Quale dari debet sextū vnale quod prædicetr in quātū. Consequentia. qa vnalia distinguūtr p distinctos modos unatr prædicandi. 7.º Dātr logice plures modi unatr prædicandi. Ergo dabūtr logice plura vnalia. Nā quādā prædicātr in propter Quid et Propter quid stellæ scintillant? respōdes, propter distātiā. Dāntr item aliæ prædicatio, Cuius, cui, quem, à quo, ut Equus ē hōis, homini cōvenit eē visibile &c. 8. Trāscēdens videtr esse sextū prædicabile Ens n. prædicatr de substātia et accidēte nō p modū spēi, nec diffrē nec proprii nec Accidētis, nec etiā p modū gnis, qz oē genus cōtrahitur p diffrās distinctas ad distinctas spēs. At Ens nullas pōt habere differētias cōtrahētes, quæ sint extra rationem entis. Ergo nō ē genus respectu substātiæ et accidētis ut etiā Philosophus ipse testatur Ergo Trāscēdēs habet distinctā prædicationē ab aliis quinqȝ vnalib. 9.º Modus intrinsecus videtr etiā prædicabile aliud ut: esse intēsū finitū infinitū

Quod plura Proba.

inhaerentes, subsistens, existens, sunt modi intrinseci sed haec praedicatio calor est in:
tensus vel calor est inhaerens, nec est generis, nec speciei, nec differentiae, quia non est praedica:
tio essentialis nec est accidentis, quia non est praedicatio contingentis, nec denique pro:
prii quia proprium est accidens distinctum a subiecto, at isti modi non distinguuntur a
suis subiectis Ergo. 10. Differentia generica videtur esse distinctum universale a differentia
specifica, nam illa praedicatur de differentibus specie in quale essentiale haec vero de dif:
ferentibus numero in quale essentiale, in universalitate in pare est utrobique ratio.
Sed argumentum fieri potest de Proprio generico et specifico accidente generico et spe:
cifico et ideo statuere debebimus octonarium numerum universalium nempe Genus Speciem Dif:
ferentiam genericam, differentiam specificam Proprium genericum Proprium specificum Accidens genericum
Accidens specificum quia sicut genus et species distinguuntur per praedicari de pluribus differentibus
specie et numero licet utrumque praedicetur in quid cur non etiam differentia generica et specifica
haec non distinguantur licet utraque praedicetur in quale essentiale et Proprium genericum et
specificum licet utrumque praedicetur in quale necessario, denique accidens genericum et specificum
licet utrumque praedicetur in quale contingenter.
Hae difficultates ac praecipue octava et nona in eas adduxerunt angustias nonnullos
recentiores Philosophos ut plane asseruerint septem debere constituere praedicata
universalia nempe quinque a Porphyrio enumerata scilicet transcendentes et modus intrinsecos
sed levi fundamento moti, desciverunt a communi et tot saeculis recepto quinario universalium
numero ut ex earum solutione patebit. Omitto hic Caietanum qui sex constituit universalia
addens quinque positis a Porphyrio individuum vagum de quo supra egi sit Ergo
Assertio. ASSERTIO universalia sunt tantum quinque nec plura nec pauciora, Genus, Species, Dif:
ferentia Proprium et Accidens. Hoc assertio est communis omnium fere Peripateticorum tam
Graecorum quam Latinorum quam Arabum. Huius numeri sufficientiam colliges si advertas
in universali duo spectari Unum est modus praedicandi in quid vel in quale essentialiter vel
accidentaliter necessario vel contingenter, alterum est terminus ad quem refertur universale ut genus
ad speciem species ad individua et utrumque spectat universale. Ex his igitur colliges suffi:
cientiam universalium supra enumeratorum. Omne quod universaliter praedicatur vel in quid vel
in quale. Si in quid vel de differentibus specie, ut Genus, vel de differentibus numero ut species
Si in quale vel essentialiter ut differentia, vel accidentaliter necessario tamen, ut Proprium, vel acci:
dentaliter et contingenter ut Accidens 2°. Quidquid universaliter praedicatur vel praedicatur essentialiter
vel accidentaliter, si essentialiter vel praedicatur in quale ut differentia vel in quid ut genus
et species. Si accidentaliter vel praedicatur necessario ut proprium vel contingenter ut Accidens
3° Omne quod universaliter praedicatur vel praedicatur contingenter vel necessario si contingenter est
accidens si necessario vel accidentaliter ut proprium, vel essentialiter. si essentialiter vel in quale
ut differentia vel in quid ut genus et species. 4°. Quidquid universaliter praedicatur vel praedicatur
de differentibus specie vel numero, si de differentibus specie vel praedicatur in quid ut genus
vel in quale essentiale ut differentia generica vel in quale accidentale necessario ut pro:
prium genericum vel in quale accidentale contingenter ut accidens genericum: si vero
praedicatur de differentibus numero vel praedicatur in quid ut species, vel in quale
essentiale ut differentia specifica vel in quale accidentaliter sed necessario ut proprium
specificum vel denique in quale accidentaliter et contingenter ut accidens specificum
Ex his igitur quatuor viis sufficienter colliges quinarium numerum universalium et
solves difficultates adductas initio quaestionis.

Ad primā difficultatē earū quae probare cōtēdebāt pauciora ēē uniualia quā
quinq3. R̃deo et distinguo antecedēs vel haec uniuersalia ita cōueniūt in una ratiōe
uniuersalitatis ut eā unūquodq3 eorū cōtrahat speciali aliquo mō et ita cōcedo an:
tecedēs et nego cōsequētiā: vel ita cōueniūt in una cōmuni ratiōe uniuersalitatis
ut eā prorsus ōde in illis sit et ita nego antecedēs ut patet ex dictis quāuis in ōia praedicēt
multis diuersa tn̄ ratiōe. Ad 2dam. Cōstat ex probationib. assertionis. Ad Tertiā.
Philosoph illo loco nō numerat ōia uniuersalia qa nō enumerat speciē de qua certū ē
quod sit uniuersale sed solū enumerat ea quae praedicātr de spē quae sūt quatuor Genus
definitio includēdo in definitiōe differentiā proprium Accidens. Enumerat aūt ea so:
lū quae praedicātr de spē qa agebat de illis praedicatis quae posita in propositionib.
seruiētib. Problematis ea aūt problemata sūt illa quatuor nā spēs cū praedicē
tātū de indiuiduis nō facit propositionē inseruiētē problemati, hoc ñ petit
subiectū uniuersale Ceu de solis uniuersalibus petūtr problemata, quale nō ē indiuiduū de quo
solo spēs praedicatur.
Ad primā et secūdā earū quibus probabātr plura uniuersalia R̃deo. definitio et diuisio
cū sint praedicata cōplexa ānumerari nō debēt aliis uniuersalib9 quae sūt incōplexa.
Ad Tertiā R̃deo. Praedicabile quatenus uniuersale et in actu exercito cōtinetr sub
genere qa ē genus et exercet uniuersalitatē gnis quatenus uō ē praedicabile p̃
sētiatr ē supra ōia praedicabilia eo mō quo explicaui disputatiōe de gnē quaest: 2a
Ad quartā R̃deo. Nego cōsequētiā qa praedicamēta nō sūt praedicabilia praedi:
camēta n: ideo sūt decē qa sūt decē coordinatiōes gnūm et specierum sub summis gni:
bus siquidē praedicamētū coordinatiōne sonat praedicabilia aūt sūt quinq3 qa
sūt tātū quinq3 modi uniuersalr praedicandi.
Ad quintā R̃deo. Ista praedicatio naturae diuinae de tribus personis ē quidē di:
stincta a praedicatiōe quinq3 uniuersalium nō tn̄ ē cōmmemorāda inter praedicatiōes uniuersa:
les tū qa excedit cap[tū] et intelligētiā humanā tū qa 2o cū loquimur de praedi:
catiōe uniuersali loquimur de praedicatiōe naturae singularis 1 2 nō uniuersalis at natura di:
uina nō ē uniuersalis sed singularis. Est ergo haec praedicatio naturae diuinae nō prae:
dicatio uniuersalis sed genus quoddā praedicatiōis distinctū et disparatū.
Ad sextā R̃deo. Modus praedicandi in quale tū cōtinetr sub mō praedicandi in quale
qa praedicari in quale ut sic pennimq ē praedicari p modū accidētis, at aliā id
quod praedicatur in quale tū praedicatr p modū accidētis quāuis quae sūt in praedicamēto
qualitatis peculiari quodā mō praedicentr in quale qa absolute praedicatr in quale quae uō sūt in praedica:
mēto qualitatis nō absolute praedicatr in quale sed potius in quale quātū ut in praedicā.
Ad septimā. R̃deo. Istae praedicatiōes sūt quidē distinctae sed sūt praedicatiōes in
obliquo nō in recto nos aūt loquimur de speciebus uniuersalium quae in recto praedicantr nō in obliquo
Ad Octauā R̃deo. 1o Praedicatio trāscēdētis ē praedicatio analogi de suis analo:
gatis. Ens enī dicitr analogicè de substā et Accidēte, si igr̃ praedicatio analoga ē
distincta praedicatio ab aliis nō trāscēdēs sed ipsū analogū debet poni sextū uniuersale
sub analogo n: cōprehēdūtur tā trāscēdētia ut Ens Accidēs quā alia analoga
nō trāscēdētia ut pes, principiū &c. 2o. R̃deo. Nec analogū nec p cōsequens trāscēdēs
ē distinctū uniuersale à dictis quinq3 sed reducitr ad genus. Pro quo Nota. Porphyriu lo:
quēdo noiē uniuersaliū intelligēda ēē uniuoca nō analoga, quod patet tū ex Philoso q ana:
loga negat ēē uniuersalia nā 4 Metap. 6. Ens et unū dicit nō ēē uniuersalia et 1 Ethic: c 6
idē asserit deinde 3 Metap: 1a Ens negat ēē genus: tū ratiōe qa de ratiōe uniuersalis
ē ut sit natura una eadēq3 in multis sed sola uniuoca dicūt naturā unā eādēq3 in multis

analoga vō dicūt habere vnā in multis nō essentialr sed proportionaliter tm̄ qa nō dicūt
eādē essām in multis sed diuersas prout tn̄ proportionāte inter se. Ergo vnalia
propriè erūt vniuoca nō analoga licet vō sola vniuoca sint proprie vnalia tn̄ analoga
reduci possūt et debēt ad spēs vniuersalium, idqȝ facit tn̄ ex Philo: quāquā nō sint analoga
eē vnalia nō propriè sed reductiuè nā 3 Metā: 10 ait Ens et vnū eē maxi:
mè vnalia et 4 Metā 2. ait tot eē spēs entis quod Entis et 3 Phy: 5 tot eē
spēs motus quot Entis spēs sūt at habere spēs ē gnis Ergo wlt Philosophus etiā
analoga eē gnā reductiuè quāuis neget eē gnā propriè. Dū ratiōe qa analogū
plane praedicatur p modū vniuoci solū ī hoc differt ab vniuoco quod hoc praedicat eā
naturā essentialr analogū vō eādē proportionāliter Ergo poterit et debebit vnalitas analogi
reduci ad vnalitatem vniuoci an etiā definitio generis sic nō cōuenit gnī analogo.
Adde quod nisi analogū reducamus ad vniuocā statuenda nob erūt decē vnalia
quinqȝ vniuoca Genus spēs &c. et quinqȝ analoga genus analogū spēs analoga
quod absurdū ē maxime cū Philosophi quācūqȝ praedicationē analogā conētr
reducere ad praedicationē vel gnis vel diffrae vel proprij, et certe cū possint re:
duci nō debēt distingui iuxta illā regulā nō sūt multiplicanda Entia sine necessitate.
Cū igr Trāscēdēs praedicatr p modū gnis analogi, sicut genus analogū reducitr
ad genus ita trāscēdēs ad genus reduci debet. Ad 8uū quod dr genus cōtrahi p diffras à se distinctas dicendū ē id
de gnē vniuoco nō de analogo nullū n analogū cōtrahitr p diffras à se distinctas
Ad Nonā Rdeo Modi intrinseci praedicatr p modū proprij, tn̄ qa quid ē extra essām
vel praedicatur cōtingēter vel necessario si primū ē accidēs si secundū ē propriū, at
isti modi sūt extra essentiā et cōueniūt necessario suis subiectis Ergo sūt propria tn̄
qa propriū eē illud dicimus quod oritr ex essā rei at isti modi sūt tales. Neqȝ necesse
ē propriū distingui realr à subiecto ut nec diuisibilitas nec extensio distinguitr
realr à quantitate nec risibilitas secūdū multos ab hoīe, sūt n quaedā propria
intrinseca rebus quae nō addūt illis nouā Entitatē sed dicūt intrinsecā habitu:
dinē eiusdē Entitatis ad aliqd quae propria vocātur à Philosophis Metaphysica
alia vō sunt propria Physica quae apponūt nouā entitatē rebus.
Ad decimā varie respōdēt Philosophi Alij n dicūt spēm distingui à gnē qa spēs
ut spēs subijcibilis ē at diffra specifica nō ē subijcibilis diffrae genericae qa diffra gene:
rica nō praedicatur de specifica formalr vn diffra generica et specifica possūt cōti:
neri sub vna cōmuni ratiōe diffrae. Contra. spēs in ratiōe vnalis nō cōstituitur per
subijcibilitatē Ergo subijcibilitas spēi ē impertinens ad distinctionē eiusdē à gnē in ratiōe
vnalis maximè cū spēs etiā quatenus praedicatr sit distinctū vnale à gnē qa dis:
tinctā ht definitionē in ratiōe praedicabilis. Alij dicūt diffrm genericā et specificā
cōuenire inter se in nō praedicari qa utraqȝ praedicatr p modū partis at genus et spēs
nō ita cōueniūt nā genus praedicatur p modū partis qa dicit tātū vnā partē essae spēs
vō p modū totius qa dicit totā essām individuorū. Contra, quia sicut diffra generi:
ca et specifica praedicatr p modū partis ita et genus at spēs praedicatr p modū
totius nā genus ē totū vnale respectu specierū et spēs ē totū vnale respectu
individuorū et sicut genus nō dicit totā essām specierū, ita nec spēs dicit totā
essām individuorū, qa nō dicit totā essām individualē. Ergo ad hoc ē par utrobiqȝ rō
Alij ut Boet: in c. de spē Alber: ibidē tra: 2 c. 9. Scot: ibidē qu: 12 Egidi: in
c. de gnē. Ion: 5 Metā. c. 28 quae: 12. Se: ultima dicūt habere idē quod praecedēs rō

ait in genus distingui a specie quia incompleta de specie praedicatur, species vero complete de individuis quia completam essentiam praedicat de individuis. differentia vero generica et specifica utraque praedicatur incomplete quia unam tantum partem essentialem praedicat de pluribus et ideo non distingui. Contra 1º. Esse naturam completam vel incompletam possunt praedicata distingui: quare naturam in esse naturae non tamen in esse universalis quia ad universalitatem nihil spectat esse completam vel incompletam cum istae sint proprietates naturae, non universalis, at nos quaerimus de distinctione in ratione universalis. 2º. Quia tam genus quam species incompletam naturam praedicat per modum tamen completi quia sicut vero natura generica est incompleta respectu speciei, ita natura specifica respectu individui utraque non contrahitur per novas differentias. Ergo etsi in esse incompleto non differunt sicut nec differentiae. Vera solutio est genus et speciem esse distincta universalia quia habent distinctos terminos ad quos proxime et immediate referuntur nam genus refertur proxime ad species, species ad individua prae: dicari n. sequitur ad in esse at genus proxime in esse speciei quia speciem constituit et species individuo quod etiam constituit. Ergo proxime etiam praedicatur genus quidem de speciebus species vero de individuis. Ergo habent proximos terminos distinctos. Differentia vero generica et specifica non sunt distincta universalia nec distinctam habent universalitatem quia non habent nisi unum terminum proximum ad quem referuntur differentiae nam quatenus differentia respiciat speciem quam constituit et cui proxime [u]nitur et ratione speciei respicit subiecta speciei. quae subiecta sive sint differentia speciei sive differentia numero non respiciuntur tamen a differentia nisi ratione speciei in ipsis inventae. Quare terminus formalis praedicationis differentiae est unus tantum licet materiales sint multi. Unde etiam sequitur quod praedicari de pluribus differentibus specie vel numero per se convenit generi et speciei quia genus per se respicit species et species individua: at differentiae est per accidens quia differentia per se respiciat solum speciem sive ergo haec species inveniatur in differentibus specie sive numero aeque respicitur a differentia. Itaque ut breviter dicam genus distinguitur a specie quia respicit immediate distinctum terminum genus n. respicit species, species individua. Unde fit ut habeant distinctas species universalitates at vero differentia generica et specifica proxime et immediate respiciat unum speciei terminum nempe speciem ratione cuius de multis praedicatur. Idem dic de proprio et accidente proprium n. immediate respiciat speciem accidens individuum. Et ex hac solutione colliges clare solutionem alterius difficultatis quod scilicet per quartam illam viam positam in assertione videatur potius colligi octonarius numerus quam quinarius universalium scilicet Genus, species, Differentia generica, specifica, Proprium genericum, specificum, Accidens generale, speciale. Vidisti n. iam differentiam genericam et specificam non esse distincta universalia nec proprium genericum et specificum nec accidens generale et speciale sed haec esse tantum tria universalia distincta scilicet differentia proprium accidens.

QVÆSTIO SECVNDA.
AN HIS QVINQVE VNIVERSALIBVS SIT ALIQVID COMMVNE VNIVOCVM

Prima sententia asserit nihil omnino dari commune his quinque universalibus univocum. ita Albertus tract. 2 suae Logicae c. 9 Ammon. et Boet. ad definitionem generis apud Porphyrium Mair. in sua Logica c. 7. Simpli: in praedicamenta c. 1. Aliique Thomistarum quos... 16. Fundamenta huius sententiae praecipua sunt haec 1º. Modi praedicandi sequuntur ad modos essendi praedicari n. sequitur ad in esse. sed modi essendi rerum non conveniunt univoce Ergo nec modi praedicandi Ergo nec his universalibus aliquod erit univocum. Minor probatur modi essendi rerum sequuntur res quarum sunt modi, sed res omnes non conveniunt univoce in aliquo reali ut dictum est supra Ergo nec modi essendi rerum. 2º. Ratio univoca ex aequo competit omnibus, sed ratio universalis non ex aequo competit omnibus universalibus Ergo non est univoca. Minor probatur quia generi speciei et accidenti competit esse universale per se at differentiae et proprio competit esse universale

ronē spēi, diffrā n̄ et propriū q̄ se respiciunt solā spēm et q̄ spēs ē in multis diffrā et propriū sūt etiā in multis. 3.° sequeretur dari aliquod genus supra sūma gnā q̄ unāle ē genus uni ad hoc sūma gnā, at hoc ē absurdū q̄ si sūt sūma gnā nō habēt supra se genus.

Secunda sētētia ē multorū recētiorū q̄ volūt intētionē unalis dici univocē tātū de gnē et spē de reliqs vō tribs analogicē, ī et de oībs simul sūptis analogicē. Alii dicūt de gnē et spē et Accidēte dici univocē de reliqs analogicē ac proinde de oībs simul sūptis analogicē.

Tertia sētētia asserit intētionē unalis eē oīō univocā his quinqs. Ita Scot: quaē: 8 unaliū. Tartaretus quaē: 2a. Sotus quaē: 4. Tholeti quaē: 2a. Sumdbi: Paulus Venetus et alii.

DICO 1.° oībs his quinqs unalibs nihil reale ē cōmune univocū. Haec assertio ē cōmunis oīum. Et probr 1.° qa oībs gnibs prædicamētorū nihil reale ē cōmune univocū. Substā n̄ et qūātitas ideo dicūtur sūma gnā q̄ nō cōveniūt univocē in ullo gnē superiore sed gnā oīa prædicamētorū cōtinētur in his quinqs unalibs ergo his nihil est cōmune univocē. Minor. qa substā qūātitas &c cōtinētur sub gnē. 2.° oībs naturis rerū nihil ē reale cōmune univocē sed unalia cōtinēt oēs naturas rerū Ergo unalibus nihil reale ē cōmune univocū.

DICO 2.° Intētio unalis univocē cōvenit oībs quinqs unalibus. Haec asso ē Scoti et autorū tertiae senā. Probr. 1.° qa intētio unalis pari ratiōe pōt attribui oībs unalibs. 2.° quia in oībs unalibus possumus distinguere duas rones unā cōmunē genericā unalis in cōmuni alterā propriā et specificā talis unalis.

Quaeres? A quo specificētur unalia. Respōdeo. vel à distinctis modis prædicandi q̄ sūt triplices. Nā prædicari cōtingit in quid vel in quale essētialr vel accidētaliter necessō vel cōtigēter: vel etiā specificātur à diffrētibs terminis sic genus distinguitur à spē nō ex mō prædicandi in q̄d q̄ idē ē in gnē et spē sed ex termino q̄ genus aliū terminū formalr respicit nempe spēm, spēs vō aliū nempe individuū. Cū igr in unali distinguamus gradū genericū à specifico sequitur gradū genericū unalis eē cōmune univocē oībs unalibs.

Ad primū primae sētētiae Rdeo Modi essēdi sūt duplices Alii n̄ sequūtur immediatē ad naturas rerū quales modi sūt substā qūātitatis qualitatis et aliorū prædicamētorū et hi modi nō cōveniūt univocē inter se sicut et naturā ad quas sequūtur. Alii sūt modi essēdi q̄ sequūtur ad naturas abstractas p intellectū ut sūt modi unalr essēdi et hi modi cōveniūt univocē inter se quāvis naturae ipsae nō cōveniant univocē. Isti n̄ modi nō oriūtur à natura sed ab abstractiōe ac proinde nō debēt eē similes in hoc naturis. Modi igr prædicandi unalr poterūt cōvenire univocē siqdē sequūtur ad modos universalr essēdi q̄ cōveniūt univocē ac ī modos unales cōvenit univocē oībs modis unalibus. Ad secūdū. id nō tollit univocationē sicut n̄ Socrates licet ronē Platonis sit hō q̄ genitus ē à Platone tn̄ univocē ē hō cū Platone ita diffrā licet ronē spēi sit unalis univocē tn̄ ē unalis cū spē similr et propriū.

Ad tertiū supra sūma gnā nō ē ullū genus reale sed intētionale quia natura realis nulla ē cōmunis sūmis gnibs pōt vō eē cōmunis natura intētionalis ut natura sūmi gnis prædicamēti unalis. Opponitur aut sūma gnā in ordine naturarū realiū nō in ordine naturarū intētionaliū. Hactenus de hac quaestiōe et de tota Porphyrii introductiōe.

In librū prædica:

IN LIBRUM PRAEDICAMENTORUM ARISTOTELIS.

Postquā ea tradidimus quae de natura Logicae et Praedicabilibus dicenda videbātur ad facilius procedēdū in Praedicamēta et reliquā Aristotelis Logicā pri-ma sequtr ut ad ipsius Philosophi doctrinā et Praedicamēta aggrediamur in quorum primo ingressu praemittenda sunt breves aliquot quaestiōes vice proœmij una disputatiōe cōprehēsae.

DISPUTATIO PROŒMIALIS DE PRAEDICAMENTIS IN COMMUNI.

QUAESTIO PRIMA.

QUOD SIT OBIECTUM HUIUS LIBRI.

Philoponus in praefatiōe in priora Anon: et Simpli: hic in Prologo huius libri cē voces simplices quatenus sūt significativae rerū et eādē sētan tribuit Simplicius Alex: Porphyrio Siriano et Iamblico quos Nominales sequūtr. Averroes vō in Epitome Praedicamētorū c: ultimo S. Thom: opusc 48. c. 1. et plerique Thomistae et Scotistarū dicūt hīc agi de decē praedicamētis ut substāt secūdis intētiōib. id ē de ipsis naturis rerū quatenus substāt ordinabilitati praedicamētā secūdū subiectiōnē et praedicatiōnē ac ut sūt gnā spēs et individua. Haec sentā quāvis sano nō intellecta possit habere verū qa tn pro formali obiecto videtr cōstituere Entia rationis et secundas intētiōes quas in Proœmio Logicae exclusimq à rōne obiecti proprii Logicae ideo cōsequēter ad ea quae in proœmio Logicae diximus de obiecto asserēdū ē cū Scto Thoma 1 Perig: lect: 1ª et 1 post: lect: 1 Caietano et multis recētiorib. agi in hoc libro de prima operatiōe intellectus seu de materia primae opatiōis id ē de rebq ordinē et de coordinatiōē earū et seriē praedicamētali secūdū praedicatiōnē et subiectiōnē ita ut huius libri obiectū sint res ipsae nō ipsē praecisē cōsideratae secdm suas naturas nā hoc nō spectat ad scias ōēs sed sub aliquali earū cognitiōē et secūdū earū coordinatiōnē in linea praedicamētali quatenus scilt haec aliqualis earū cognitiō et coordinatio in linea necessa ē ad directiōnē primae opatiōis. Quae assertio Probr 1º ex cōfutatiōē aliarū opinionū nā quod ad voces attinet cōstat ex dictis quaestiōē illa citata Logicā nō agere per se de vocibus sed tātū per accidēs. Deinde divisiōes definitiōēs et proprietates rerū quae in hoc libro traduntr luce clarius ē nō cōvenire ipsis vocib. sed ipsis rebq et naturis realib. quod et ipsimet Graeci fateri coguntr Et hoc idē clarē ostēdit nō agi hic solū de Praedicamētis ut dicūt secūdas intētiōēs formatr id ē coordinabilē secūdū subiectiōnē et praedicatiōnē ut volebāt Thomistae sed agi etiā de illis secdm naturas ipsas reales rerū quae ita coordinātr quod vel ex eo patet tū qr explicātr ipsae reales naturae substāe quātitatis etc tū qr definiūtur

et diuiduntur ipsae naturae reales secundum naturas suas et proprietates reales ut
Quantitas diuiditur in cōtinuam et discretam: et certè proprietates singulorum
prædicamentorum quae hic tractantur sunt verè reales ut substantiæ proprium est:
suscipere cōtraria, quantitatis esse aequale vel inaequale, qualitatibus susci:
pere magis et minus tum quia nō aliter potuisset Arist: agere de prædicamentis si realiter de illis agere
quam hic egit nec etiam aliter de illis egit in Metaphysica ubi tamen secundum omnium sententiam
realiter tradidit Prædicamenta. Itaque utroque modo hic egit de Prædicamentis id
est tam secundum naturas suas reales quam etiam secundum coordinationem et seriem
prædicationum et subiectionum quatenus haec omnia cōducebant ad dirigendam primam
operationem intellectus. 2° idem probatur ex dictis de obiecto Logicae, cum in eius obiectum
sint operationes intellectus ut dirigibiles et de directione primae operationis nullibi aliter agat
Philosophus quam hic, dicendum esse vel Aristotelem insufficientem Logicam tradidisse, omittendo partem
eam qua prima operatio dirigeretur vel certe obiectum huius libri esse prædicamenta
secundum se ipsa, ut sunt materia primae operationis intellectus at ut coordinata in linea prædicamentali
prima in ordine ad sui directionem omnino requirit aliqualem rerum cognitionem et coordinationem earum
in linea. haec autem traduntur in hoc libro explicatis qualitercumque naturis distinctionibus ac proprietatibus
rerum ac demonstrata recta earum coordinatione secundum lineam prædicamentalem.

Quod si dicas: primam operationem nō indigere directione cum in illa nō sit veri:
tas aut falsitas quae solum cernitur in affirmatione et negatione quae spectant ad
secundam operationem. Resp. quod licet primae operationi nō possit subesse falsum aut v[erum]
cōplexum indiget tamen directione sicut aliae operationes nam saepius patitur obscuritatem et difficultatem
format in: saepe obscurum cōceptum de re aliqua ... apprehendit eo sub ratione vagiet sub:
stantiam et accidens tamquam unum, aliquando unum pro alio ut substantiam pro accidenti et è
cōtra qui defectus corrigi possunt à Logico tum docendo quae et qualis debeat esse bona
apprehensio quod solet praestari in tractatu de definitione et divisione, tum traden:
do distinctam materiam apprehensionis. Quod fit in hoc libro in quo explicatur omnium en:
tium quam et ponitur substantia distincta ab accidentibus, et accidentia etiam ipsa distincte
traduntur quantum satis est ad directionem primae operationis ne unum cum alio aut unum
pro alio apprehendere sed unumquodque distincte quod etiam ut melius fiat et substantia
ab accidentibus secernatur et accidentia ipsa inter sese traduntur proprietates
et substantiae et accidentium. Cōfert etiam multum haec tractatio prædicamentorum
ad bene definiendum dividendum et demonstrandum. Ad definiendum quidem quia definitio essen:
tialis debet cōstare proximo genere et ultima differentia quae nō possunt facile
occurrere nisi explicata ante oculos ponatur series cuiusque prædicamenti
Ad dividendum autem quia divisio fit per differentias genericas et specificas in species sub:
alternas et infimas quae cognosci nō possunt absque cognitione seriei prædicamenti.
Ad demonstrandum denique quia passiones quae de substantiis et accidentibus demonstrantur
ut plurimum sunt qualitates quas oportet nosse ex earum coordinatione ac serie
in prædicamento qualitatis.

Ex dictis tot haec quaestione colligas cōsiderari hic ut dixi et naturas reales
rerum etiam secundum suas proprietates reales quod iam ostensum est atque etiam cōsiderari
secundum rationem prædicabilis et subiicibilis in linea prædicamentali quod patet
tum ex dictis tum ex apparatu quem facit Philosophus antequam ingrediatur ipsa præ:
dicamenta ibi in multa docet de prædicabilibus. et de eorum inter se coordinatione
et subalternatione sub eodem genere ita ut verè intenderit in hoc fine naturas
reales prædicamentorum explicare ut eas facile possemus secundum rationem subiicibi:
lis et prædicabilis coordinare sub decem summis generibus.

Neque mirum tibi videatur eiusdem libri duplicem assignari considerationem siquidem
possit in eodem libro diversissima materia tractari ita tamen ut una ordinata ad
alteram et iuvet aliqua ratione alteram quod hic fieri vides. Agitur in de rebus ut
coordinentur recte secundum praedicationem et subiectionem coordinatur autem ita quia tal
coordinatio necessaria omnino est ad directionem primae operationis intellectus videtur praecipuum intentum
esse agere de prima operatione ratione cuius reliqua quae dicta sunt tractantur.

QVAESTIO SECVNDA.

AN PRAEDICAMENTORVM TRACTATIO SPECTET AD LOGICAM.

Ex solutione primae quaestionis colligitur solutio huius secundae, licet in Mirandul: Bal:
dui: Ludovicus Vives, et Petrus Ramus haereticus existiment praedicamenta non
spectare ad Logicum ob idque audeat Aristotelem reprehendere quod praedicamenta
Logicae inseruerit, dicendum tamen est cum Averroe Simplicio Philopono, Amonio. Boe:
Alber: S. Thoma, Scoto et reliquis spectare ad Logicam, non quidem singulorum et secun:
dum eorum accuratam tractationem, et cognitionem naturarum omnium quae in illis po:
nuntur cum haec tractatio et cognitio vel nullius determinatae scientiae est sed omnium
scientiarum simul, nulla in scientia omnia sed omnes omnia explicant, vel certe est Metaphysi:
cae quae considerat res communissimas rerum et illas ordinat ac disponit dividendo
Ens in suas classes) sed secundum quod eorum cognitio necessaria est ad dirigendas operationes
intellectus, praedicamenta in subministrant materiam non solum primae operationi ut dixi
sed etiam reliquis, inde in desumimus materiam ad conficiendas propositiones syllo:
gismos, etc. adeo ut sine dubio aliqua et imperfecta praedicamentorum cognitione
qualis hic traditur, nequeat Logicus nec in prima operatione nec in aliis procede:
re, deinde cum Logica sit instrumentum scientiarum omnium debet saltem rudem ali:
quam praedicamentorum cognitionem tradere, cum scientiae omnes supponunt aliquam co:
gnitionem illorum, et hinc etiam colligitur Logico abstinendum omnino esse ab accura:
ta praedicamentorum tractatione quoad naturas rerum ut etiam nos abstinebi:
mus. Et hinc etiam habes ad Logicum spectare tradere rudem harum re:
rum cognitionem in ordine ad directionem primae operationis et tradere etiam
coordinationem earundem rerum secundum praedicationem et subiectionem in or:
dine ad eandem primam operationem, quae quidem coordinatio propriissima
est Logici siquidem est eius agere de praedicatione et iis quae ad praedica:
tionem pertinent et totum id ut dixi in ordine ad directionem operationum intel:
lectus.

QVAESTIO TERTIA.

QVAESIT HVIVS LIBRI INSCRIPTIO, AVTOR, METHODVS, NECESSITAS OCCASIO VTILITAS DIVISIO.

Circa inscriptionem etsi ab Adrasto inscribitur hic liber Ante Logica. ab aliis aliter
communiter tamen a Peripatet: inscribitur liber Categoriarum seu ut Latini vertunt Praedi:
camentorum. Non sumitur hic Categoria ut notarunt Amon: Porphyr: Dexippus et alii pro
accusatione quae apud iudices in foro fiebat, sed pro praedicatione alicuius de aliquo
quia sicut in accusatione ita et in praedicatione unum attribuitur alteri ideo praedicamentum
vocem a foro ab accusatione in Logicam ad praedicationem significandam primus Aristoteles
transtulit. Caeterum quia frequens est ut nomina quae actionem significant significata pro iis quae sub
actionem cadunt quo nomine homines congregatos solemus appellare congregationem inde factum
est ut nomen Categoriae quod praedicationem significat usurpetur pro ipsa re quae prae:
dicatur ita ut idem sit categoria quod praedicatum. Pon: Fil: Iesu Soc: sing: lib: de decem

Categoriis c. 1 vocat [actual] Categoriã subsistẽ. Et in eadẽ significatiõe sumitur à Latinis prędicamenti nomẽ nõ pro ipsa prędicatiõe sed pro iis quę prędicantur. Quia tñ oĩa quę prędicantur redacta sũt à Philosophis in decẽ quasi classes, in quarũ qualibet ẽ unũ supremũ genus quod ita ẽ prędicatũ ut nulli subiiciatur sed sẽp prędicetur: ideo antonomasticè ipsa sola suprema genera dicta sũt prędicamenta seu categoria. quo etiã nomẽ solet dici tota illa classis et coordinatio rerũ quę sub quovis summo genere continentur. Itaq3 nomẽ Categoriæ seu prędicamenti dupliciter usurpari consuevit uno mõ pro ipso solo supremo genere, alio pro serie et coordinatiõe earũ quę sub summo genere usq3 ad individua ordine sũt disposita. Quo pacto usurpat hoc nomen Porphyr: c. de spẽ cũ dicit in singulis prędicamentis eẽ singula summa genera et hac ratiõe solet definiri prędicamentũ quod sit alicuius generis summi rerum et eorũ quę sub ipso sũt dispositio. Iuxta hoc igr̃ inscribitur hic liber Categoriarũ seu prędicamentorũ id ẽ liber decẽ supremorũ generũ seu coordinationũ.

Circa autorẽ. Etsi quidã ut Boetius et Ang: ... hunc librũ voluerunt nõ eẽ Aristo: tñ constans ẽ Peripateticorũ oĩum sententia hunc librũ ab Aristo: fuisse conscriptũ et modus procedendi hoc indicat, est in planè Aristotelicus. Nec dicas Aristotelẽ solere fuisse malitiæ obscurũ, hic vero clarũ, nõ ĩ decuit Philosophũ in coordinatiõe rerũ oĩum, et in principio introductionis ingressu eẽ obscurũ. Nec etiã dicas solere ipsũ præmittere Proœmia hic aut nõ præmisisse et hic ab eo aliqua dici quæ repugnãt ipsius dictis in Metaphysica, nã Antepraedicamenta sũt loco proœmij et hic loquitur sæpe vulgariter et secundũ famositatẽ ut inquit Averr: in Metaphysicis vero loquitur secundũ veritatẽ et propriã opinionẽ.

Porro nõ fuit Arist: primus inventor prædicamentorũ nã ante illũ scripsit de prædicamentis Archytas Tarent: cuius liber manuscriptus lingua Dorica quã tũc utebãtur Itali extremã Italiæ partẽ incolentes asservatur in Bibliotheca Vaticana. An vero Archytas fuerit primus inventor id planè constare nõ pot: nullius alterius scripta de prædicamentis aut extãt aut citãtur.

Circa Methodũ. Scripta fuere ab Aristo: prædicamenta facili et populari methodo, nã cũ nõ tractet hic res accurate ut sũt in se sed quatenus sunt materia operationũ intellectus, ad quod nõ opus erat accurata rerũ tractatiõe ideo faciliori via procedit nõ demonstrãdo nec exacte admodũ definiẽdo sed per descriptiões et proprietates quasdã notas et faciliores procedẽdo. Ex quo fit ut liber hic merito ponendus sit nõ inter acroamaticos seu auscultatorios ita dicti sũt, quod præceptoris opera attentisq3 ac ingeniosis auditoribus indigeant sed inter exotericos hoc ẽ populariter scriptos in quæ duo genera Aristotelis libri divisi sũt ut docet Fons: in proœmio Metaph: c. 2º

Circa Necessitatẽ prædicamentorũ. Iã constat ex dictis prima quæstiõe sine cognitiõe prædicamentorũ nullo mõ dirigi posse operatiões intellectus ideoq3 hæc cognitio in Logica necessario tradi debuit.

Circa occasionẽ Prædicamentorũ. Cũ viderent Philosophi naturas rerũ propemodũ infinitas eẽ ita ut quædã inter se aliqua ratiõe convenirent quædã vero penitus disreparent id effecerunt ut naturas quæ inter se convenirent in unũ colligerent et sub uno summo genere disponerent secundũ ordinẽ superioris et inferioris quæ vero penitus disreparent eas ad aliud genus revocarent et sub alio summo genere disponerent. Itaq3 factũ ẽ ut ex numero rerũ oĩum decẽ classes et coordinationes sub decẽ summis generibus instituerentur ad quas res oẽs aliqua ratiõe reducerentur.

Circa Utilitatem. Praedicamētorū cognitio ut āplissima ē, ita ad oēm veritatē tatē inuestigādā ē plane necessaria adeo ut nihil ferè in disputatione ad: reduci possint, qn ex praedicamētorū fōtibus hauriatur. Adde quae diximus de uti: litate praedicamētorū ad diuidendū, definiēdū et demōstrādū et cetra quae dixi de necessitate, si n. necessa ē cognitio praedicamētorū, a fortiori utilis etiā erat.
Circa diuisionē. Liber hic diuiditur in tres partes. In Antepraedicamēta. Praedicamēta et Postpraedicamēta. In prima parte quae ē uelut praeludium praedicamētorū praemittitur tractatio de aequiuocis
de quibusdam, nec non de coordinatiōe sub uno sūmo gn̄e. In secūda agitur de ipsis praedicamētis in particulari. In tertia de oppositis, priori posteriori &c quorū tractatiōibus uō tradetur infra.
Quoniā autē in libro hoc ut dixi agitur de naturis et coordinatiōe rerū quatenus haec cognitio necessa ē ad directionē primae operatiōis ideo prius de ipsa prima operatiōe breuiter dicēdū ē, suppositis tn̄ iis quae de ea dixi tū initio summulae tū initio Prooemij Logicae.

DE PRIMA OPERATIONE INTELLECTVS.

Prima operatio intellectus ut locis citatis dixi cōsistit, quatenus in nuda et simplici apprehensiōe rerū quapropter excluditur ab illa oīs affirmatio et negatio, cōpositio et diuisio intellectus. Licet n. affirmatio uel negatio possit cognosci per primā operationē nō tn̄ potest effici, cū n. apprehēdo hominem esse lapidē tunc apprehendo affirmationē sine affirmatiōe, qr eā nō facio sed tātū factā intueor.
Ex his sequitur 1o. In prima operatiōe nō esse veritatē uel falsitatē propriè, ut docet Philosophus 1 Periher: c 1o. et 3. de aīa 26. Ratio ē qr veritas et falsitas propriè cōsistit in affirmatiōe et negatiōe; qn n.: ita affirmamus uel negamus aliqd uti in re ē tū uerè dicimur cognoscere qn nō ita falso, atqui in prima apprehēsiōe nulla ē affirmatio uel negatio ergo nulla quoque ueritas nec falsitas.
Nota. Veritatē a Philosophis duplicē cōstitui. Alterā rei alterā cognitiōis. Rei ē illa secūdū quā res ē uera in seipsa et haec dicitur a Philosophis tū ueritas Entitatiua eo quod cōsequatur Ens quatenus Ens oē n. Ens id quod ē uerè ē, tū Trāscēdētal qr trāscēdit et uagatur per oīa rerū genera oē n. Ens ē uerū. Cognitiōis ē illa per quā cognitio dr̄ eē uera. Differūt hae duae ueritates, nā prior ē cōformitas rei cū suis principijs et cū intellectu diuino q ē mensura ueritatis oīum rerū, qn n. res talis ē qualē postulāt eē sua principia et qualē iudicat eē debere intellectus diuinus, tūc dr̄ uera. v.c. verū aurū dr̄ quod tale ē quale exigūt principia ueri auri. Posterior uō ē cōformitas cognitiōis cū re cognita sicut falsitas ē cōtra ē difformitas. Porro sicut cognitio ē duplex, Apprehēsio et Iudiciū, ita ueritas cognitiōis ē duplex. Quaedā cōsequēs apprehēsionē, quaedā cōsequēs iudiciū. Veritas apprehēsiōis est cōformitas apprehēsiōis cū re apprehēsa. Veritas iudicij est cōformitas iudicij cū re. Differūt autē hae duae ueritates. 1o qr ueritas apprehēsiōis inuenitur tā in intellectu quā in sēsu. Quod sit in sēsu inueniatur docet Philosophus 2 de aīa textu 152 et 3 de aīa tex: 26.

Quod autem in intellectu in prima sit aliqua operatione idem Philosophus docet 3 Metaph: 22. Et ratio est quia tam cognitio sensitiva quam intellectiva potest esse conformis objecto apprehenso. Ergo utraque cognitio potest esse vera. Veritas enim est conformitas cognitionis cum re cognita. Veritas vero judicii non invenitur in sensu sed in solo intellectu quia fundatur in affirmatione et negatione quae est propria intellectus. Secundo differunt. Quod veritas apprehensionis est veritas quodammodo materialis respectu cognitionis nostri, veritas vero judicii est veritas formalis, nam illa sequitur ad apprehensionem etiam non cogitante intellectu haec vero efficitur et exprimitur per ipsam cognitionem cum enim intellectus judicat rem ita esse vel non esse, judicat quodammodo de veritate rei unde fit ut veritas judicii sit absoluta veritas. Tertio differunt. Quia veritati apprehensionis non opponitur falsitas sed ignorantia ut in docet Philosophus 9. Metaph: 22. et 3. de anima 26. Ratio est. vel enim intellectus rem apprehendit uti debebat apprehendere, vel non, si apprehendit vere apprehendit, si non, hic dicitur habere ignorantiam illius rei, non vero falsitatem, quia licet non apprehendat quod debebat, tamen per illam apprehensionem unius rei pro altera non potest dici falsus quia per illam non judicat unam rem esse alteram.

Veritati vero judicii proprie falsitas opponitur, hic enim falso rem cognoscimus cum aliter judicamus quam sit in re. Quia igitur veritas et falsitas proprie in judicio reperiuntur, judicium vero nullum est in prima operatione ideo absolute censuit Philosophus veritatem et falsitatem non esse in prima operatione intellectus.

Proprietates primae operationis aliae sunt negativae ut in ea non esse veritatem vel falsitatem affirmationem vel negationem aliae positivae ut fieri naturaliter et necessario posse abstrahere (abstractione scilicet praecisiva de qua multa dixi disputatione de universalibus) rem unam ab alia cum enim per intellectum apprehendimus unam rem absque altera non quidem negando illam esse, sed solum non considerando, tunc dicimur unam rem abstrahere ab altera etc. cum intellectus abstrahit naturam genericam a specifica, specificam a singularibus, accidens a subjecto, quae abstractio invenitur etiam in sensu cum enim in pomo sint multa quae variis sensibus percipi possunt ut color, sapor, odor, humor, ut visus autem abstrahit colorem a sapore, et ab aliis. quia percipit colorem sine sapore non negando, sed tantum non considerando. De abstractione plura dixi loco citato ubi etiam exposui dictum illud Philosophi abstrahentium non est mendacium, Est enim duplex abstractio. Quaedam simplex sive praecisiva quae fit in prima operatione quae cum fiat absque negatione fit etiam absque mendacio, quaedam vero est in secunda operatione quae fit per negationem unius rei de altera et vocatur abstractio negativa et in tali abstractione potest esse mendacium, potest enim negatio esse falsa. Quae ad primam operationem pertinent complexus est Philosophus ut dixi hoc libro.

PRIMA PARS HUIUS LIBRI, DE IIS QUAE SUMMIS GENERIBUS PRAEMISIT ARISTOTELES ET ANTEPRAEDICAMENTA DICUNTUR.

HAC prima parte ea omnia explicabimus quae Aristoteles quinque praedictis capitibus ipsis de summis generibus tractationi praemisit.

CAPUT PRIMUM DE AEQUIVOCIS, UNIVOCIS ET DENOMINATIVIS.

In prima huius capitis parte definit Philosophus aequivoca, in secunda univoca in tertia denominativa.

DISPUTATIO PRIMA DE AEQUIVOCIS UNIVOCIS ET DENOMINATIVIS.

De his in hoc primo ingressu agit Philosophus quia ut recte docet Alber: trac: 1. c. 2. praedicamenta possunt tripliciter comparari. 1º Ad ipsum Ens cuius sunt membra dividentia et quia Ens convenit illis analogice et analoga continentur in aequivocis, ideo prae-mittenda fuit aequivocorum definitio. 2. Ad sua inferiora et quia quaelibet ponuntur in praedicamentis praedicantur univoce de suis subiectis et inferioribus, ideo praemit-tit definitionem univocorum. 3º Potest comparari praedicamentum substantiae ad reliqua no-vem praedicamenta, et quia omnia haec de illa denominative dicuntur ideo praemittenda etiam fuit denominativorum definitio. Adde. Ideo etiam de his tribus quibus non ita egisse Aristotelem ante praedicamenta quia aequivoca erant reiicienda a praedicamentis uni-voca retinenda, denominata vero et denominativa saltem reducitive ponenda in eodem praedicamento. Quaeritur cur non etiam hic definiuntur multivoca et diversivoca? Respondeo. Quia cognito uno oppositorum cognoscitur aliud aequivoca autem opponuntur multivocis et univoca diversivocis nam aequivoca sunt quae habent unum nomen sed diversas rationes ut gallus, Multivoca quae habent eandem rationem sed diversa nomina ut gladius ensis. Univoca habent idem nomen et eandem rationem communem ut homo et leo respectu animalis, diversivoca quae habent diversa nomina et diversas rationes ut homo et albedo.

QUAESTIO PRIMA.
QUID SINT AEQUIVOCA ET AN RECTE A PHILOSOPHO DEFINIANTUR.

Aequivoca definit Philosophus hic quorum solum nomen commune est, secundum nomen vero substantiae vero diversa id est. Aequivoca sunt res quae nomen tantum commune habent rationem vero significatam per illud nomen diversam. Circa hanc definitionem et naturam aequivocorum multae sunt difficultates quas antequam ponam videndum est quae sit notio nominis aequivoci. Aequivoca igitur seu aequivocatio dicitur quasi aequaliter secundum nomen competentia multis, licet enim etiam univocum secundum nomen aequaliter competat multis, tamen hoc ita competit secundum nomen ut competat etiam secundum significationem: at vero aequivocum solum secundum nomen aequaliter multis competit, non vero secundum rem significatam per nomen, unde per antonomasiam aequivocum dicitur quasi quod vocem solam habeat aequaliter competentem multis. His igitur positis de ratione nominis aequivocum sit

PRIMA DUBITATIO.
AN RES VEL VOCES DICATUR AEQUIVOCAE.

Respondeo. Nec res nec vox absolute accepta dicitur aequivoca sed tantum si respectu-ve accipiatur. Nam neque res secundum se dicitur aequivoca sed tantum cum vocabulo plu-ra significantibus seu ut significata per vocem plura significantem neque vox absolute dicitur aequivoca sed per ordinem ad plures res significatas. Probatur quia eadem res quatenus uno nomine significata est univoca quatenus cum alio est aequivoca, res ergo non ex se sed per ordi-nem ad nomen est aequivoca vel univoca. Antecedens: Animal in latrabile et piscis marinus quatenus significantur nomine animalis sunt univoca sunt in eadem ratione animalia quatenus vero significantur nomine Canis sunt aequivoca, quia nomen Canis significat in utroque

